F. PAVLI MINERVAE BARENSIS

ORDINIS PRAEDICATORVM LECTORIS THEOLOGI:

DE

NEOMENIIS SALOMONIS PERPETVIS

LIBRI DVO.

Quorum prior totam neomeniarum rationem ex ſacræ Scripturæ fonte, & Doctorum teſtimonijs iuxta Hebraicam veritatem abundantiſſime explicat, Poſterior vero Calendarium Gregorianum exactè complectens: oſtendit contra Hæreticorum prauitatem anni correctionem iuſtam eſſe.

Opus Theologicum, Mathematicum, & Naturale contra Hebræos, & Hæreticos.

AD S. D. N. CLEMENTEM VIII. P. O. M.



VICI ÆQVENSIS,
Apud Io. Iacobum Carlinum, & Antonium Pacem.
M. D. IC.

Omnia à me edita, & in poſterum edenda, S. R. E. (quæ omnium Eccleſiarum mater eſt, & Regina) caſtigationi humiliter ſuccumbunt.

SANCTISS. AC BEATISS. PATRI

CLEMENTI VIII.

PONT. OPT. MAX.

F. PAVLVS MINERVA BARENSIS

Ord. Prædic. minimus, ſalutem in eo præcatur; qui eſt omnium vera ſalus.

FAVSTVS & fœlix dies Orthodoxæ illuxit Eccleſiæ (Beatiſſime, atque Sanctiſſime Pater CLEMENS VIII. cui ab animi clementia, Clementis nomen cœlitus inditum eſt) cum poſt tot temporum calamitates, poſt tot Eccleſiæ turbulentias; ex trium Summorum Pontificum breui, ac ferè ſubito raptu: in te patres ora tenentes, diuino inſpirante numine ad Summi Pontificatus faſtigium euexerunt. Dignum quidem virtute tua, dignum ſplendore, dignum ſanctimonia. Quaſi augurantes Patres his tribus comitibus à te regendam fore Dei Eccleſiam, vti vere hodiernis temporibus glorioſe regitur. Quid enim in ore omnium decantatur, niſi optimum principem ſanctimonia admirabili ſpiritualia tractare, temporalia ſplendore, domeſtica virtute? Vt mirum certe videatur in tot tantiſq; grauiſſimis totius Eccleſiæ negotijs: quomodo hiſce ſimul vniuerſa mire gubernat.

Sed

Sed quid mirum, cum Deus, qui te ad Apoſtolatus apicem extulit: te quoque ad Apoſtolatus officium digne exequendum, dirigit? At pauperes cum quãta foues charitate? miſeros et afflictos cum quanta reſpicis compaſsione? Sapientes viros, & in ſtudijs fere conſumptos, cum quanta reficis liberalitate? Verum quod te inſignem reddit, & ab Eccleſia tamdiu deſideratum, eſt; vt Gallorum Regnum longa Religionis diſſenſione perturbatum, pace diuina, quietũ reddideris: Ferrariamq. nobiliſsimam & ditiſsimam ciuitatem (coniugijs etiã Regijs firmatis) ſub ditione Eccleſiaſtica ſic glorioſe redegeris; vt priſcis illis principibus, domi, foriſq. bello, & pace illuſtribus, coequaris. Abſit adulatio. Teſtis eſt Vrbs Roma, per quam virtutũ tuarũ fama circumuoluitur; Quinimò et vniuerſus orbis, qui animi tui dotes, atque virtutes plane regias ita prædicat; vt cum ad hominũ aures vix perueniunt; ad tanti Principis affectum ſtatim pertrahuntur. Sed & mea ita commota ſunt viſcera, vt ſemper in ea cogitatione ſim verſatus; illudq. in animo ſemper fuerit meo: vt ſanctitatem tuam viſerem; atque ad ſanctiſsimos pedes tuos prouolutus; de hiſce rebus tuis præclaris coram gratularer; conceptamq; erga beatitudinem tuam obſeruantiam, aliquo amoris ſigno patefacerem. En igitur ſerui tui munuſculum hoc ob deuoti animi affectum oblatum: exiguum ſane, & inconcinnum tantæ maieſtati (vt

à me

à me profectum) accomodum tamen celſitudini tuæ ob auctorem Regem; ac propterea Regi dedicãdum. Quare & tibi, qui in terris Regis Regum, et Domini Dominantium Ieſu Chriſti Filij Dei vicem geris: proportionatumq; ob tractationem. Theologa namque, Mathematica, & naturalia dilucidantur, aduerſus aliquas Hebræorum nænias: contra inſuper hæreticorum quorundam maleuolentiã; eorum præſertim, qui contra Calendarium Gregorianum iniquè debacchantur; quiq. Romani Pontificis authoritatem obſcurant; & ſancta huius Sedis celſitudinem. Sed & vtraque tuetur, roboratur, & effertur: ac (vt decet) cõtra hos, & huius generis ſimiles blacterones, oſtẽditur lectulum eſſe Salomonis, quem ſexaginta fortes ambiunt ex fortiſſimis Iſrael: omnes tenentes gladios, & ad bella doctiſſimi; vniuſcuiuſque enſis ſuper femur ſuum propter timores nocturnos hæreticorum. Accipe igitur Beatiſſ. Pater neomenias haſce, quæcumq; ſint illæ, ea humanitate, qua ſolet & cætera à te ſuſcipi, et probari. Erit enim mihi id per quàm iocundum; efficieſq. ſi grato, ac liberali animo te accepiſſe cognouero; vt grauius aliquod opus ſub fœliciſſimi nominis tui auſpicio in lucem emittere, enitar. Vale Beatiſſime Pater, & de ſancta Dei Eccleſia optimè merite: Religionemq. noſtram quæ tua eſt affectu, & effectu, vtroque etiam complectere. Iterum diu, & fœliciter Vale.

PAV-

PAVLI REGII
VICI ÆQVENSIS EPISCOPI
AD SANCTISS. PATREM
CLEMENTEM VIII.
PONT. OPT. MAX.
In opus Pauli Mineruæ Theologi præſtantiſsimi,

EPIGR.

DVM Petri ſacra ſceptra tenes, ſoliumq. beatum.
Cuius ad Imperium tartara nigra tremunt.
Si vacat à grauibus curis; & pondere rerum,
Hoc, æqua, dum Orbem tempore, lance regis.
In ſcripta hæc CLEMENS pia lumina flecte parumper,
Quandoquidem veniunt illa dicata tibi
Et veniunt viſura tuo ſub numine lucem
Auſpice quo, ſperant viuere poſſe diù.

PETRO

PETRO ALDOBRANDINO
S. R. E. CARDINALI
AMPLISSIMO.

F. PAVLVS MINERVA BARENSIS
Ordinis Prædicatorum minimus, æternam fœlicitatem præcatur.

SALOMONIS Regis ſapientiſſimi neomeniæ (vt ferunt) ſqualidæ, ac horridæ, in meas cum inciderint manus (Illuſtriſsime Cardinalis) rudi forma detracta, accuratiori ſtylo perficiendas eſſe cenſui. Eaſq. pro mea virili parte affatim Calendarium Gregorianum contra hæreticorum prauitatem approbans, elimaui. Impoſita denique illis extrema manu, eas viciſsim à ſitu, & ſqualore vendicatas in lucem edere propoſui: editaſque, Clementi VIII. Pont. Opt. Max. vere clementiſsimo, pauperum patrono: ſtudioſorum ſubleuatori; cuius tu nepos glorioſe exiſtis, dicare conſtitui (& ſi rerum tractatio id requireret.) Indigeo homine, vt coram tanto Principe non ſolæ, non nudæ, non ſordidæ compareant. Ex millibus te elegi, virtutum tuarum fama permotus, morum quoque tuorum affabilitate, beneuolentiæ magnitudine, humanitate ad omnes ſingulari: quæ me cohibere non potuerunt, quin ad te Illuſtriſsime Cardinalis (& ſi ignotus) recurrerim. Magnos magna decet: infimiſq. opitulari ma-

gnorum

gnorum eſt, Effice vt hæ neomeniæ non ſolæ compareant, ſed tua ſociatæ præſentia: non nudæ, ſed beneuolentiæ veſtibus indutæ: non ſordidæ, ſed humanitate tua ablutæ; pro comperto enim habeo, hiſce ducibus, gratiſſimas fore Principi: meq. in perpetuum in tuo ære adſcriptum, tibi perſuadeas velim: gratiſsimumq. fore ſtudiorum fructibus. Vale Illuſtriſsime Cardinalis, de Cardinalitia dignitate optime merite: Iterumq. vale ad multos annos.

F. PAVLI

F. PAVLI MINERVAE BARENSIS

ORDINIS PRAEDICATORVM LECTORIS THEOLOGI.

DE NEOMENIIS SALOMONIS PERPETVIS.

Ad Chriſtianum candidumq; Lectorem.

PRÆFATIO.

RVMOR eſt, Paulum Mineruam Salomonis Neomenias in lucem prodijſſe, expoſuiſſeque. Qui auctor, vt ſapientiſſimi Regis facta renouare audeat? Quæ rerum nouitas? Quis elucubrationum fructus? Quæ vtilitas? Verborum ambagibus plenus eſt liber. Abeſt orationis lepor: ſed vera, an falſa prodit? ſua vel aliena edit? Quis rerum ordo? De auctore quidem, minimus inter omnes: nec dicere erubeſco. Qui ſcientia, ætate, ingenio, ac modo ſcribendi, à quopiam facilè vincitur. Nec tantum mihi arrogandum puto, vt viris diſertiſſimis, vel æquiparari, vel cum ipſis contendere velim, Abſit. Verum promere non ambigo, à nemine diſcendi cupiditate ſuperari, & ſi vires impares: tanquam ille, qui in ordine Prædicatorum nutritus, à maioribus ſuis, degener minimè cupit eſſe. Et de rerum nouitate? Nil certè Neomenijs recentius, nihilq; vetuſtius. Sed quomodo vtraq; conueniũt?

Conueniunt quidem. Nam ſi Mundus æternus eſſet, menſtruis ſemper ſupponeretur Neomenijs: atq; ab ipſius exordio vſq; ad hæc noſtra tempora, ſemper Neomenias vidimus. Sed eſt alia Neomeniarum nouitas, alia vetuſtas. Vetuſtas enim ex Salomone ſapientiſſimo Rege perpenditur, quarum (vt par eſt) auctor extitit: Nouitas, quia nouiter, & à nouo homine, tanquàm noua, ad hominum vtilitatem edita. Sed quæ vtilitas? Quis harum fructus? Minima enim ſunt, quæ tractantur. Verùm qui minima dixerit, quæ tractantur; ſciat quòd non magna ſolùm, ſed minima etiam nouiſſe, aliquando neceſſum fuit, quæ & profuerunt. Nec aliquem librum tam malum exiſtimamus cum Plinio, vt non aliqua ex parte prodeſſe poſſit. Fructus igitur, varietas rerum erit. Cæleſtia, diuina, & naturalia ſunt quæ conduntur: quæ tamen ab intento minimè abſunt, ſed in vnum fœliciter coeunt. Nec verborum multiplicitate plenum aſſeres, grauitatem enim quandam præ ſe ferre videtur liber quiſpiam, qui vel illuſtrium virorum ſententijs, vel ſolidiſſimis rationibus munitus, decoratusq; perſpicitur. Quòd ſi concinnis verborum ſtructuris, leporiſq; ſuauitate vacuum eſſe perſpexeris, ſcias nec Epiſtolas, nec Orationes conditas; ſed Salomonis Neomenias traditas, ac expeſitas. Quæ partim digreſſionibus, partim diſcuſſionibus, diſputationibuſque, partim quoque inquiſitionibus cũ elucidentur; rarò hæc omnia verborum elegantiam ſeruabũt. Vnde Manilij carmen opportunè occurrit.

Ornari res ipſa negat, contenta doceri.

At nec tantis etiam barbaris vocabulis opus ſcateri credimus. Sed vera, an falſa prodit? Abſit, vt falſa pro veris, vel vera pro falſis promulgemus, vel vt falſa cum veris miſceamus, vel ſaltem ambigua pro certis manifeſtemus. Sed lege prius,

poſt-

poſtmodum neſcio ſi falſa dixeris, quæ tractantur. Veritas enim ex ſe illuſtris eſt, falſitas ex ſe tenebroſa eſt. Pro veritate me ipſum negarem, pro falſitate nec orbem lucrarer; intantùm, quod ſi reperirem pro certo hominem non eſſe rationalem (& ſi ſit impoſſibile) me belluam confiterer. Sed ſua an aliena ſunt, quæ edit? Multa enim horum etiam à viris doctiſſimis alibi tacta videmus. Verùm cenſor recordari debet, quod nihil ſcriptum, nihilq; dictum; quin prius fuerit dictum, & ſcriptum. Attendendum igitur eſt, quæ tractantur quanam ratione tractantur, adducuntur: proponuntur, diluuntur, quo propoſito citantur, quo ordine, qua dicendi ſine explicãtur: ſciatq; librũ librum aperire. Itaq; non maiorẽ laudem eorum eſſe cenſeo, qui inuenta poſteris reliquerunt, quàm qui ſupra inuenta aliquid addiderunt. quàmuis enim inuentoribus multum debemus: & maximè quidem, cum ea adinuenerint, quæ perfectioni intellectus conferunt, alijs tamen, nec minus, cum inuẽta quæ obſcuritate tenebantur, illuſtriora reddiderint. Quid enim prodeſſet inuenta tradere, ſi ea poſtmodum vel obſcura, vel indiſcuſſa remanerent? De ordine verò rerum, hunc præcipuè obſeruauimus, quo à communibus ad minus communia, & ab vniuerſalibus ad particularia deſcenderemus. Primò enim rerum cœleſtium dignitatem, lumen, motum, influentias, impreſſioneſq; tetigimus lunæ omnia applicando; Neomeniarum deinde neceſſitatem explicauimus ob multas lunæ viciſſitudines, ac in hæc inferiora influentias: ob propinquitatem, ob motus celeritatem, atq; propter rectam fæſtorum mobilium celebrationem: Quidditatem inſuper earum, & rei, & nominis iuxta Græcã, & Hebraicam veritatem. Quòd ſi Hebraicas ſententias, haud noſtræ conuenire verſioni videris; ſcias deſſicere verba Hebraica, cum ad aliam fuerint tranſlata lin-

guam, teſte Nepote Ieſu filij Syrach in prologo libri Aui ſui. Nos tamen in hoc graues auctores ſequuti ſuimus. Neomeniarum deinde Auctorem, & cauſam inuentionis earumdem refferrimus: Omnia etiam Hebræorum facta, legis obſeruantias; ritus, ceremonias, oblationes, holocauſtomata, & horum multa; quæ omnia per Calendarij ordinem, ita diſtinximus; vt quibus diebus menſium accidant, omnibus in manifeſto erunt. Cumq; principium anni Hebræorum in menſe Niſam poſuerimus, alij vero in menſe Tiſri: ex tempore creationis mundi oſtendimus, quod illius initium, nedum iuxta Hebræam veritatem; ſed rationibus, & Sanctorum Doctorum auctoritatibus: multaq; alia ad id pertinentia adiunximus, diſſuerimuſque; Vt de diuerſa anni Hebraici ratione, de vſuali, legitimo, & emboliſmico, & cætera huiuſmodi. Poſtremo tabulam Neomeniarum Salomonis eam ſcilicet quam in codice antiquo reperimus, tradidimus. Et quoniam rationibus præcisè aſtrologicis hærere minime videtur, duas alias addidimus: alteram quorundam Aſtrologorum, alterā iuxta Rehinoldi, viri in hac parte diligentiſſimi hypotheſes, canoneſque, ſecundum inæquales lunæ motus; quo bonarum artium ſtudioſus, ex meliori ſibi Neomenias conciliet. Poſtremo ad animarum edificationem myſticas Neomeniarum ſignificationes ſcripſimus, ſicq; primus abſoluitur liber. Age, ſingula enarrata ſunt. Sed quid opus erat librum edere talē? Hodiernis ſiquidem temporibus non ſcribunt lineam, quam ſtatim in lucem prodire conantur: ſaltem quæ edunt, digna prælo eſſent. Nam quæ prodeunt, perfecta omnibuſq; numeris abſoluta prodire debent. Nunc verò res econuerſo ſe habet; multa etenim imperfecta, erroribuſque mixta quàm plurimis emergunt. Vnde tales, videri volunt potius literati, ſtudioſi,

erudi-

eruditi, ingenio prædit i, gloriæ mũdanæ cupidi, & vt ab alijs honorentur, quàm aliter. Igitur malum tibi videtur ò Cenſor hominem virtutes perſequi, labores ſumere, omniaque ad aliorum vtilitatem expendere? Quid enim ſanctius, quàm virtutes amplecti, quæ cauſæ ſunt, vt vitia fugiamus, otia vitemus, atque vt aliorum vtilitatẽ diligenter perquiramus? ſed de librorũ vtilitate quorumcumq; lege viros illuſtres, confido etenim tibi ſatisfacturos. quod ſi in multis auctores aberrare dixeris; haud magnum tibi apparere deberet; cum hominis penè proprium ſit, labi, falli, decipi, hallucinari, errare. Quis enim mortalium adeò oculis lincæis præditus eſt, vt aliquando non cæcutiet? quis tàm vigil, vt non quandoq; dormitet? Quis tam doctus, vt aliquantisper non delinquat? In memoriam quoque reuocandum eſt, eorum quæ ſcimus minimam partem haberi, quæ ignoramus: maximam. Sed quòd dicis Auctores oſtentationis cauſa, alienæq; gratiæ aucupandæ libros promulgare haud rectè dicere poteris, cum hæc (ſi vera ſint) in mentibus eorum latitent, ac ob id tibi manifeſta minimè eſſe poſſunt, ſed caue ne tanquàm inuidus obtrectator damneris, & vt iudex iniquus expellaris à ſtudioſorum cœtu. Verum qui ex virtutum fructibus eriguntur, tument, inflantur, alioſque deſpiciunt: malè agunt. qui verò virtutes ambiunt, benefaciunt. bona enim eſt virtutis ambitio; ſi bono fine ambitur. Virtus enim ex ſe bona eſt, placet enim Deo: vitium malum eſt, nam odio à Deo habetur. ergo virtutes ambiendæ, vitia verò fugienda. Cur igitur non edendi ſunt libri? ſed ſcis qui non edendi? Hæreticorum libri. ſcis qui? qui blaſphemijs pleni ſunt, qui denique contra optimos mores, & huius generis ſimiles moliuntur. Cæterum amplius non contendam. quoquomodo res ſe habeat, certum eſt, actiones hominum,

num,

num, quætunque ſint illæ, humano ſemper ſubdi iudicio, nec mens, aliorum facta diiudicare deſiſtit, linguaq; prona potius ad vituperia, quàm ad laudes; ac propterea nec labores hoſce meos immunes à Zoilorum linguis ſperandum eſt. Propterea viros modeſtiſſimos, omniq́ue exceptione maiores alloquor, quos, & librum, & Auctorem defenſuros confido, eoſque obnixè deprecor, vt ſi quid minus rectum me dixiſſe compererint: viribus, ingenio, ſcientiæ, & ætati parcant, & memorentur, neminem poſſe vnum omnia ſcire; nam & bonus quandoquè dormitauit Homerus. Ideoque non tàm citò ad carpendum proni, ſed me benignè permonentes aſteriſco, ſeu obeliſco errores annotent: quod ſi videro optimè improbatos, facile cedam. Verum aduertant quæſo, ſi errores aliqui obrepſerint, præſertim in Mathematicis ſupputationibus, (quæ verè intricatiſſimi labirynthi anfractus nuncupari poterunt) num ex inaduertentia, vel caſu, alioque accidenti euenerint: ſæpe enim accidit in ſcribendis rebus errare contra Authoris intentionem. In diſputationibus quoque, & digreſſionibus ſciant, me non perſonas, ſed opiniones inſequi, & refellere. Proinde te rogo Lector humaniſſime, quæſoque, vt hæc qualiacunq; ſint, boni conſulas, ac vt totus candidus es, candidè omnia interpreteris. Vale.

R·P·F· ALBERTI MAZZAE
NEAPOLITANI,
EX PRÆDICATORVM FAMILIA
Prædicatoris Generalis, inter Theologos minimi,

ARGVMENTVM.

In libris duobus de Neomenijs Salomonis, P. F. Pauli Minervæ Barenſis Lectoris Doctiſſimi, ad Candidum Lectorem.

MVLTOS ex probatiſsimis authoribus inuenimus (Candide Lector) qui de elementis vel ſeorſum, vel cōiunctim, qui de mixtis quibuſlibet, qui de cęleſtibus, qui de diuinis quoq; cum copioſiſsime, tum etiam doctiſsime, atque luculentiſsimè ſuas edidentes lucubrationes: æternum ſibi nomen apud poſteros vendicarunt. Quid enim ſublimius, excellentiuſq. in hac vita cerni poteſt, quam virtuoſos labores, aliorum cauſa in lucem prodere? vbi aſsimilatur primo intellectui, qui abſq. labore aliquo hæc omnia nobis manifeſtauit, atque in hominum vtilitatem expreſsit. Nil certe virtute illuſtrius, nihilque nobilius. Nil quoque laboribus virtuoſis laborioſius, difficiliuſque. Nam etſi Poetæ dicere licuit; Virtutem poſuere dij ſudore parandam, verum erit homine ſtudioſo, nec nobilius, neque (ſi fas eſt dictu) diuinius reperiri. At author hic noſter in vno eodem met opere, qui de Neomenijs Salomonis inſcribitur: hæc omnia ferè, mirabili artificio ita connectare videtur, vt neſcio ſi opus inſcriptionis

titulo

titulo Theologicæ, aut Phiſicæ, aut Aſtrologicæ inſigniri mereretur. Nam & Thæologas res, & naturales, & Mathematicas (reiectis etiam Hebraicis ſententijs, quibus & opus Hebræum redundare conſpicitur) magna quidem ndagine digreditur. Quartusdecimus iam agitur annus; cum apud Mediolanum vbi ſanctę illius inquiſitionis Cãcellarium agebat, adoleſcens has excogitauit opes: nũquã tamen eius, fuit animns vt ederetur, partim modeſtia ductus: tum quoque neſciens qua probabilitate pollerentur. Quo factum eſt, vt ad pleroſque huius ætatis viros doctrina, & eruditione varia inſignes recurreret: quidque de ſui operis labore ſentirent, ſciſcitaretur. præſertim in hac nõſtra parthonopæa Ciuitate ad dominum Io. Vincentium de Porta patritium Neapolitanum omnium ſcientiarum locupletem qui cum opus introſpexerit, diſquiſierit, dilueritque (me teſte) ingenium authoris admirans: magnis extulit laudibus, perſuaſitque edendum, compulitque (eſt etenim authoris amantiſsimus ob egregias, eius virtutes) tamquam rei publicæ neceſſarium. Quare euenit, vt in lucem emitteretur liber. Ego autem qui non, minus cæteris, Religioſiſsimi authoris noſtri virtutes colo, veneror, & admiror: non potui Iuditium meum (& ſi exile) in hac epiſtola quæcũq; ſit illa: nõ patefacere, q̃uis haud acri p̃ditus ingenio de alienis lucubrationibus, certum ferre, non poſſum. At quodcunq; ſit illud, ingenue fateor nihil doctius iſtis lucubrationibus, nihil ingenioſius quicquam, nec difficilius, quinnimo nihil vtilius. nam & Hebræos ex vna parte in multis ita confutat, ex alia vero ita in Hæreticos inuehit, vt videtur Deum cumulate authori omnia elargitum eſſe. Sed quod admiratione dignum eſt, & me in

ſtupo-

ſtuporem vertit,qui fieri poteſt, vt in tot tantiſq; cotidianis occupationibus diſtrictus,vitaq; ſua tota Religioni penitus addicta,cum hijs ſtudijs rationem habeat,ac ſi quieti verſaretur? Omitto Religionis noſtræ ſanctos labores, qui diu noctuq; omnibus ingruunt. Miſſas facio occupationes in diuerſis noſtræ Religionis offitijs:quibus ſumma cum prudentia,laude,dexteritateq; functus eſt. Clarum tamen eſt in ſacris dierum ieiunijs ſingulo quoq; Anno prædicationi inſiſtere:reliquo vero temporis lectionibus publicis vacare. Nam & Ariſt.Metaphyſicem ad adoleſcentes aliquali ſaltem traſcēdentium cognitione imbuēdos, ſumma cum laude explicuit: Nunc vero maiorum ſuorum iuſſu ad Moralia Theologica ſe transferens, eorum ingenia ad ſolidiora & pleniora atq. ſalubriora capeſſenda idonea reddit,atq; præparat. Et tamen præter Salomonis Neomenias,præmanibus habet librum completum,& quantocius edendum CCXXIX. ſententiarum paręneticarum Nili Epiſcopi,& Martiris è Græcç in Latinū conuerſatum totidem comentarijs illuſtratum, tanta ſcientia rerumq; varierate refertum, vt ad imbuendum Chriſtianum hominem,nihil doctius, nihil melius, nihil ſanctius excogitari dilucidariq; poteſt. ſed & libros de libro Apochripho,de mundi duratione,de ſtatu Animarum mediarum poſt mortem, de rebus cæleſtibus & Metheorologicis,de oratione Dominica, quibus iam primam impoſuit manum: opus cujus inſcriptio eſt,opiniones hominum de Deo,&creaturis; Aliud,Defenſio Caietani contra Lechetum: Quis non admirabitur? finem his imponam, ne me aſſentatorem prædices. videbis ipſemet (Candide Lector) oculiſque proprijs inſpicies, quæ rudi tam diſcurſu

peroraui, pro veritate ſcriptitaſſe. Reliquũ eſt, vt cum plurimum debeamus authori noſtro, rogare Deũ Opt. Max. vt nobis diu incolumem ſeruet, quo meliora ad noſtram vtilitatem excogitet, atq; in lucem emictat. Vale.

HIERONYMVS ENRIQVES

SACRÆ THEOLOGIÆ DOCTOR

AC IVRISCONS.

R.P.F. PAVLO MINERVÆ BARENSI

Ordinis Prædicatorum viro eruditiſſimo.

VITAM hominum decere, vigilijs incumbere, vt vnius alteri opituletur, viamque breuem oſtendat ſalutis, multis carnis illecebris præpeditam: multis ſenſuum furoribus; multa, & eorum, qui nobiſcum non ſunt, ſugeſtione, & præuaricatione conturbatam, mihi viſum eſt; cui nec deſiderium ſimile defuit: vires tamen imbecilles. Quid enim laude, & ore omnium commendatione magis dignum, quàm vnum hominem multorum eſſe, & horum ſalutis condecentiſſimam cauſam? Hac credimus Deum, noſtram carnem aſſumendam acceleraſſe, vt per vnius ſanguinem, & crucem pacificati eſſemus cum eo, qui fecit, & ſæcula. Hæc enim præcepta ſunt in triuijs Athenarum commendata: amicum non fallere; cuique viam oſtendere itineranti. Quod non ſolum libera exhortatione; aut vehementi impulſu: verum etiam, & quarundam pœnarum mulctatione pœnas luerent, opprobrijq; labem publici paterentur, qui contra agerent. Sic nec digna tali patrato obſcœna: pœna viderentur. Eorum igitur vitam

vſq;

vſque adeo commendauimus; ad Cœlum eueximus, quam in vigilijs conſumptam, qui ad omnium ſalutem exprompſiſſent: Vti ab Hieronymo commendatur Plato, qui in eadem die, qua vitam cum morte commutaſset; animam efflaſset, ſcriptitaſſet. Ita & ab his qui Chriſti tunicam inconſumptam ſuſtinent, commendatur Paulus Doctor gentium, quòd pro fratribus à Chriſto anathema eſſe, cuius aliquando arcana vidiſſe fatetur, maluerit, quòd nullos, ob ſuos vitaſſet gladios, quòd pium ob Eccleſiam, ſuo, & aliorum ſanguine iaciendam ferrum ſuſcepiſset: quòd ſuam doctrinam ſalutis noſtræ documentis vberrimè refertam generi humano communicaſſet. Humanum genus poſt cognitam lucem, immortales concinuit laudes: gratiasq; perpetuas conſecrat. Ei nimis fatentur fabulatores humanum debere genus, à quo ex agreſti quadam vita ad commertia tranſlatum eſt, vt in Ciuitatibus non ſolum ſapientia; ſed cum ſapientia eloquentia dominaretur. Ideò ſciētiæ meo quidem iudicio ab hominibus excogitatæ ſunt, vel ad iſtos à Dijs immortalibus, qui omnigenæ ſalutis curam gerũt, perueniſſe vitæ ſunt, vt innumeris hominum vlceribus, tanquã pharmacum celeræ remedium ſint ſalutare. Vtq; ſe ſenſerint corpore ſauciatos, & animo non obſopeſcant, & quodam lethargo hebetes ad mortem propinent obtuſo eorum animo. Sed reſipiſcant aliquando, & vitam ab huiuſcemodi ægritudinibus alacriter tueantur. Quod cum homines cognouiſſent continua rerum obſeruatione artis præcepta congenuerunt. Eũdemq; ordinem, progreſſumq; certa quadam ratione ſcientiæ obſeruarunt, qui, & innatis, è terra ſtirpibus, omniumq; animantum operibus intueri licet. A paruo ortum traxerunt ſicut hæc, quæ cum ab ortu adoluerint, eadem poſtea vetuſtate extabeſcunt. Sic admirantes homines eclypſim matura quadam

ingenij obſtinatione cauſam inuenerunt: & ſcientiarum principia in rebus æternis condita; intercluſaq; aperuerunt. In libris quorum Authores autentici recipiuntur in canone, non hæc omnia docentur; quæ longo temporis decurſu, vt Doctorũ ingenia excoluiſſe ſint viſa, excerpta ſunt: quæ ad morum integritatẽ non niſi poſteris notificata ſint? Medicinæ artis documẽta, multa ſunt, quæ animalia, Dij, vexationes nos docuerunt. Contemplati ſunt barbari miram aſtrorum ſyderumq; pulchritudinem, è quorum aſpectu, intercapedineq; multa cũ in terris oriri barbarica quadã grauitate animaduertiſſent, multa auſi ſunt pronoſticari: in his potiſſimè, quæ ad Agriculturæ, Nauigatoriæ, & Medicinæ facultatẽ reducuntur. Sic & reliquis tum demũ impoſita manus eſt, cum illæ ingeniorum fertilitate florere, coruſcareque viderentur. Nunc verò exhauſtæ ſunt. ſed quid proſint hominibus, difficile eſt perſuaſu, cum non omnes manna illud abſconditum deguſtarint. Philoſophia (vt fertur) virtutis continet, & officij, & bene viuendi diſciplinam, quam qui profitentur: grauiſſimam perſonam ſuſtinent, vt verè Plato noſter hanc mortis meditationẽ dixit, cuius nempe contemplatione carnis illecebras, ſenſuum impetus compeſcamus. Sed diuinitus Theologia noſtra, quæ verè philoſophia eſt, hoc docet; cuius nempè finis eſt, vt mundetur oculus, quo videatur Deus, & qui miſſus ab hoc eſt coæternus Patri, Filius Ieſus Chriſtus. Aſtrologicæ æterna intuentes corpora quomodo glorificemus eorum, & noſtrum eũdem creatorem, quem in eorum contextura, atque compagine admirati ſimus, docent. Sic Geometricæ profunditatem, latitudinem, longitudinemque corporum, vt hæc cum in Deo non ſint, vt infinitum eum fateamur, aperiunt. Reliquæ omnes curſu ſuo incedunt, vt omnes nobis ſalutem expetent, ſe-

curum

curum nobis iter præparent, dulciſſimam quietem feſtinẽt. Eia iam age Paule, qui benè hæc vigilijs quibuſdam nocturnis cõtemplatus es tu, ea nobis monimentis commendanda trade; quibus nos multa, vt à te omnes expectamus, contemplantes, adiuuemur ad ſalutem. Dignum te deſiderium, cùm ab Allobrogis redirem Mediolanum: communicaſti mecum Neomenias Salomonis expoſuiſſe, ac expoſitas, dubitas ſi generis humani ad ſalutem, condere deberes. His quibus iuſtos lunæ curſus, dimenſiones, Iudæorum feſta, oblationes &c. habeamus, promittis. His multos ſcripturæ ſenſus, aperis, multa Theologiæ arcana enodas, multarumque Naturæ rerum ſecreta dilucidas; vt tria in vnum mirabiliter coniungere videaris, Deum, Cœlum, & Naturam. Pauca hæc ſunt, quæ condis ô Paule, multa verò quæ in pectore retines. Quid nos ad te bis allicis? Iam tui omnes ſumus, qui dulcem tecũ quoquomodo adepti ſumus familiaritatem. Tui faciles mores adepti ſunt homines, hominum iudicia, quibus te ſemetipſis digniſſimum iudicent. Adoleſcentiæ ætatem agis, & multas aptè ita percurriſti ſcientias, vt in Prædicatorum ordine, ſub quo Doctiſſimi vigent, & Religioſiſſimi Patres: præfulgeas iuuentute tua apud omnes admirabili. Omnes hoc opus expectant; vt qui doctiſſimum Patrem tuum Medicinæ, & Philoſophiæ doctorẽ cognouerunt: legũ peritiſſimũ, ſcientiarũq; omniũ, præcipuè mathematicarũ illuſtrẽ; eius nunc filiũ doctiſſimum, multis reperiant ſcientijs, hoc ſibi ipſis præſupponentes, quod deceat, & filios imitari patres, & ex nobili proſapia in illud Platonis noſtri, traduci ingenia: Aſcient patris virtutes in filio, vti in eodem eiuſdem agnoſcent imaginem. Igitur nulla tibi proponenda mora eſt, vbi multorum oblectamen tum agitur. Eia iam age. Quid times? homuncionum quo-

dam

damgenus, quod æquos illuſtrium labores vituperat, mordet, lacerat? Opus inſigne, iudicio econtrà iuſtorum, apertum. atque accomodatum, etiam ab his, quos tu, nec reatus ſis, ſic tuendum exiſtima, vt inanis (vt inſalubris) latrantium hominum, futurus ſit labor; quos tanquam Reipublicæ noſtræ ſtroma, peſtemque; vtinam Dij immortales à nobis in æternam memoriæ eorum obliuionem euulſam conculcarent, ſuppeditarent, eijcerent. Optimam deinde doctrinam cribro Eccleſiæ ſecretam, cuius tu caſtigationi ſuccumbis, quam approbat in lucem edendam largitur: nec iudicio malorum, inuidorumq; conciliabulis ſecernendam à nobis exiſtimamus, qui in gremio Eccleſiæ: bona ſpe veſtra collocauimus, è cuius lacte bibimus, nutriti ſumus, & aliti: quorum denique parentes, & catholici fuerunt; & ſancto Chriſti inundati ſanguine: qui cum eo, qui ab æterno fæcundauit, reconciliauit. Adde quod licet aſtrologica quædam, cum ſint, quæ ſcriptitas, nulla tamen immiſcere videris, quæ ſanctorum Patrum doctrinā: ſanctiones: determinationeſque terrent, expellūt, irrident: Quæ omnia cum ab vno irrepſiſſe videantur errore, hoc fatemur; nullam ab æternis corporibus, per quoſcunq; eorum anfractus, intercapedines, aſpectuſque in terris oriri cauſam, quæ appetitum noſtrum conſiliatiuum ad id quod ſua non fertur libertate, impellat: Quæ ex his prædicuntur; quæ ad hominis vitam, mores, caſus, actiones, iudicia, & interitus particulares attinent; vnde à catholica Eccleſia tanquam verè falſa non ſolum proijciuntur, ſed expelluntur etiam ab his, qui eam doctrinam tanquam generi humano ſaluberrimam tradiderunt. Fieri enim nequit (inquit Ptolomæus, is, qui in hac facultate iudicatus eſt cæterorum Princeps) vt qui ſciens eſt, particulares rerum formas enuntiet,

tiet,

tiet: ſicut nec ſenſus quidem particularem, ſed vniuerſalem ſuſcipit rei ſenſibilis formam. Quod ſi ſoli numine afflati, vel qui inſaniunt, prædicunt particularia, quæ vere hominum actiones ſunt: cur cum his noſtrum agetur negotium, quorum aliorum numen quid ſit nos lateat, aliorum verò opinio deſpicienda ſit ab his, qui rectum iudicium non perceperunt? Hæc non ignoras ſicut is, qui non ſolum baptiſmatis lauacro mundatus ſis: ſed qui etiam ſub Prædicatorio ordine, ſicuti ſub quodam vaſto Cælo, emicas fulgentiſſimum ſydus, & tecum emicant mores tui, vt horum iudicio accepto, quid eſt, quod non præſtoleris ad iuſtum & æquum? ſi quid ergo apud te mea valet auctoritas, quod eſt humanitatis tuæ (inſtanter peto, rogoque, vt omni timore ſublato) illuſtres labores tuos promulgare minimè verearis: hancque epiſtolam, qualiſcunque ſit illa, in ſignum amoris erga te, mei, in operis tui initio inſerere digneris. Mei enim intererit officij, ab illorum linguis, qui ad ſindicandum nati videntur, vſque ad mortem te defendere, ſicut & mei intereſt officij, ſumma quadam humilitate te colere, laudare, commendareque: tuum verò nec hominum linguas pertimeſcere, nec laudes expellere meas, quæ non à felici ingenio, eò alacriter afferantur, quo æquali generantur animo, integritate pullulant, beneuolentia augeſcunt, & quo pium erga me tuum conſpiciunt animum, hoc piè offerunt: quo vt nec dilabantur dignitate, dignæ fiant. Viue fœlix, & meliora ſemper in dies meditare.

PAVLI REGII EPISCOPI VICI AEQVENSIS.

Ad Reuer. P. Fratrem Paulum Mineruam.

HEXASTICON.

REGIVS exultat, cum Regis munera mentis
Paule feras Solymi, Pectore Paulus ouans.
Sacra Minerua tibi, quid mirum? fauit abundè,
Vt iubar vnde micas, dotibus ingenij.
Ergo caput tolles clarum ſuper æthera ſcriptis,
Nominis atq; tui fama perennis erit.

R.P.F. IOANNIS ANDREÆ DE MONTE ROMANI Ord. Prædicat. Lectoris. In P.F. Pauli Mineruæ Barenſis Opus.

EPIGRAMMA.

QVI legis hæc Pauli digeſta labore Mineruæ
Et Paulo digna, & docta Tritonidos arte;
Quæ mentes hominum fallunt fuge ſomnia vana,
Et ſpretis terere augurijs pia cura ſuperbum
Sit tua ſub pedibus fatum: veracia ſacris
Quæq; docet Paulus deprompta è fontibus, hauri.
Hoc duce ſcire potes, quo, phœbi lumine, phœbe
Clara modo rebus, virtutes influat omnes
Omnibus; & varij quo mutent tempora ſoles
Ordine; principium quod ſit cuiuſlibet anni,
Quiq; dies feſtus; nunquis ſit faſtus & ater.
Hæc retegit noua ſtelliferi fax, ordinis, orbem
Luce noua illuſtrans Patriæ vnica gloria Bari.
Quòd ſi quis certet melius pertexere telam;
Admonitus caueat; radio ne Palladis audax
Ictus in Idmoniæ ſpeciem vertatur Arachnes.

DE AVREO PAVLI MINERVÆ OPERE Angelus Spannochius Senenſis I. C. & Iulius Signius Bonon.

A. *QVIS Solymi Regis reſerabit ſenſa? S. Tonantis*
Mente alta penetrat, qui penetrale Dei
A. *Ille hoc præſtaret Pallas quem fouerat altrix*
S. Præſtat idem ſapiens non ne Minerua tuus?

Eiuſdem Signij ad Paulum Mineruam.

DIceris ingenuas artes callere Minerua;
Quid mirum? Pallas te Ioue nata docet.
Tu bene Leuigenum Romanæ gentis Hetruſcæ
Diuitias linguæ Cecropiæq. tenes:
Tu alter Gorgias, verum Sus forte Mineruam
Qui tibi vult laudes commemorare tuas.

ΙΟΑΝΝΟΥ ΦΡΑΓΚΙΣΚΟΥ ΛΟΜΒΑΡΔΟΥ,
πρὸς τὸν ἀναγνώστην, περὶ τοῦ Ζωΐλου, ἑξάστιχον.

Παῦλος Μινέρβας, γλαυκώπιδος υἱὸς Ἀθήνας,
Βαρεὺς, ζαχρηής, ἄξιος ἐστὶν ἀνὴρ,
Παιδεύτως, φρονίμως ὅτι τὰς Νεο- τοῦ Σαλομῶνος
Μήνας κάρτα νῦν ἐδίδαξε σοφῶς.
Ζωΐλε φεῦγε ταχὺ, ἔξω καὶ ὕπαγε ῥίμφα,
Τοῦ Διὸς αἰγίδ' ἔχει, Παλλάδος ὅπλα κρατεῖ.

AD R. P. F. PAVLVM MINERVAM
Libri Auctorem.

Ioan. Franciſci Marci Vetrani Carmen.

A Ioue nata tibi ſolo cognomen, & artem
Præbuit, Vnde refers ſcripta Decora nimis.
Illis Ornabis felici numine ſecla,
Extollet nomen poſteritaſq. tuum.
Grata mathematicis, quod fers, cæleſtia cunctis.
Naturam & rerum nobile pandit opus.
Viue Diu felix ætatis gloria noſtræ,
Ingenio vt promas munera plura tuo.

MARCVS ANTONIVS FIDVCIVS VTINENSIS.
Candido Lectori.

SI, diuina legens cæleſtum oracula rerum,
Quæ capit impreſſis pagina tincta notis:
Dum pandit Soliſq. vias, Lunæque: minorum
Atque facum aſpectus, ortum, obitumq. docet:

Miraris ſpecimen doctrinæ, atque artis honorem
Attonitus, ſupra captum hominum illa putans,
Deſine mirari: Pauca hæc monimenta perennis
Doctrinæ æterno fonte Minerua dedit.

FRATRIS PETRI ANTONII DVCIS
Vtinenſis ordinis Prædicatorum Lectoris in Auctoris opus.
Ad Lectorem. Carmen.

DVm varios cæli tractus percurrit & Aſtra
Paulus: Quidve ferat ſubiectis menſtrua terris
Lumine fraterno reparans noua Cornua Phœbe
Inuenta, & Regis Solymi, prius abdita pandit;
Arte recurrentis, Dum tempora digerit anni
Norma vbi perpetuò verax præſcribitur æuo:
Huic fama arridens: tibi ſic ſubijcitur, inquit
Omne æuum, nullumq. tui variabile tempus
Ius habet: æternis mandans tua nomina ſeclis
Sic per te fiet iam notior ipſa Minerua.

IACOBI CRITONII SCOTI ADHVC DEI
munere ſuperſtitis ad candidum Lectorem in
Præclarum opuſculum Pauli Mineruæ Neomeniæ Epigramma.

HVnc grauis error habet, qui dogmata ſola tenere
Artibus in cunctis extimat eſſe ſatis
Nam niſi præceptis opus adiungatur & vſus
Aut nihil aut proſunt dogmata, quæq. parum.
Et quia verba fidem faciunt, quàm facta minorem,
Certius & rebus credere quiſque ſolet
En tibi perpetuo Pauli noua Luna Minerua
Euehitur curru, nobile Lector, opus
Gregorij ritumq. probat, firmatq. probatum,
Pontificis Summi neomenia patens.
Cedant Pythagoras, Thaletes, atque Beroſus
Endymion tanto Democrituſq. viro.
Et Plato diuinus faueat fælicibus auſis
Annuat & cæptis acer Ariſtoteles.

Et tua

Et tua Rex Salomon veſtigia tanta ſequutus.
Eximium Paulus condidit arte decus.
Aſtrorum quiſquis velit ergo noſcere curſus.
Verbaq. fatidici pectore digna Numæ.
Hoc legat ardeſcens iterumq. iterumq. caleſcens.
Egregium placida mente reuoluat opus.

EIVSDEM IACOBI CRITONII SCOTI
adhuc ſummi Dei beneficio ſuperſtitis.
In Reuer. P. F. Pauli Mineruæ Barenſis elaboratum. De Neomenijs
Salomonis opus. Epigramma ad Authorem.

OMnibus excultum numeris emergit in auras
Hoc opus egregium non ſine fruge labor
Curſibus aſtrorum perſpectis geſtamen honoris
Protulit ingenium Paule Minerua tuum.
Squallebat neglectus ager tam fertilis aſpris
Sentibus obductus, qui modo flore nitet
Flore Minerua tuo longe emicat, ecce recidis
Horrentes tribulos, & meliora ſeris.
Abdita nam reuocas nigris monimenta latebris
Lunarum & purgas inclyta ſcripta ſitu.
Diſſeris interdum Valide Regiſq. ſecreta,
Diſcutis, & prompto Solymi quaeq. ſtylo.
Ne ceſſa properare; tuas & perfice laudes
Gaudebit Regio Parthenopea ſibi.

FRATRIS MARCI MONASTERIENSIS EYFFLIÆ
Ord. S. Dominici, apud Inclytam Vbiorum Coloniam Agrippinam, ſacræ Theologiæ ſtudentis Bononiæ anno 1590.
Pro Commendatione R. P. F. Pauli Mineruæ
Barienſis præſentis operis auctoris.

SI miramur opes, quæ clauſa Cubilia Croeſi.
Immo Midæ tutis continuere locis
Si miramur opes Arabum, non pauperiorum
Immo quicquid opum Mundus auarus habet
Cur non miremur, veneremur, amemus, & huius
Egregium auctorem, nonne veremur eum?
Nempe pias Gazas ingentia munera nobis.

Theſaurum magnum dona petenda dedit
Multa arcana dedit, nec non cæleſtia multa
Explicat hic nucleum cortice dante locum.
O quantos exantlauit pater iſte labores
Vt tibi theſaurus cederet eximius.

Eiuſdem F. Marci in Zoilum Phaleucium.

N*E damnes, lacereſve, rideaſve,*
Quod ſit plana phraſis, ſtiluſq. ſimplex
Nam vili pretioſiora ſæpe
Teſta materiaq. conteguntur.
Ornari quid opus, modo doceri
Res contenta ſatis ſit expetenti.

CONCILIA, LIBRI, ET AVCTORES,

Qui operi adiumento fuerunt, vel paſſim citantur.

A

Rabbi Abraam.
Abrachis Aſtronomus.
Adamus Sasbouth Delphus Theologus.
Agrippa.
Agrias.
Albatenius Aſtronomus.
Albertus Magnus Epiſcopus Ratiſponenſis ordinis Prædicatorum.
Albumaſar Aſtronomus.
Alcmeon philoſophus & Aſtronomus.
Alcuinus Theologus.
Alexander Primus Pontifex.
Aeſculapius.
Alphonſus Rex Hiſpaniarum Aſtronomus, & Mathematicus.
Alphonſus Toſtatus Epiſcopus Abulenſis.
D. Ambroſius.
Anacletus Pontifex.
Andreas Aſulanus.
Anatholius Alexandrinus Laodiceæ Epiſcopus.
D. Anſelmus.
Anaximāder Mileſius philoſophus & Aſtronomus.
Aquila Hebræus.
Appianus Alexandrinus Hiſtoricus.
D. Athanaſius.
Annubius.
Ariſtillides.
Ariſtoteles philoſophus.
Arſatiles.
D. Auguſtinus.
Auguſtinus Steuchus Canonicus Regularis ſancti Saluatoris.
Athlas Aſtronomus.
Azrael Mathematicus.

B

D. Baſilius.
Beda Venerabilis.
D. Bernardus Abbas.
Biblia Hebræa.
Biblia Græca.
Biblia Latina.
Brideſertus Rameſienſis.

C

Campanus.
Calchol Sapiēs apud Hebręos.
Chaldæus Paraphraſtes.
Calendarium Gregorianum.
Canones ſeu Decretales.
Carolus Sigonius Bononienſis.
Caſſiodorus.
Catholicon ordinis Prædicatorum.
Cæſar Baronius Cardinalis.
Cleoſtratus Aſtronomus.
S. Clemens Papa.
Columella.
Concilium Arelatenſe.
Concilium Chalcedonenſe.
Concilium Cęſarienſe.
Concilium Conſtantinopolitanum.
Concilium Carthaginenſe.
Concilium Lateranenſe.
Concilium Antiochenum.
Concilium Lugdunenſe
Concilium Aurelianenſe.
Concilium Nicænum.
Concilium Florentinum.
Concilium Romanū ſub S. Syluestro.
Concilium Viennenſe.
Concilium Toletanum.
Concilium Tridentinum.
Conſtantinus *Laſcaris*.
Cornelius Ianſenius Epiſc. Gādauēſ.
Cornelius.
Chriſtophorus Clauius Ieſuita.
Cingius Sabinorum Rex.
Concilium Baſilienſe.
Concilium Conſtantienſe.
Leouitius Mathematicus.
Cichus Aſculanus.
D. Cyrillus.

Dama-

D

S. Damaſus Pontifex.
Daniel Finus Ferrarienſis.
Rab. Dauid.
Democritus Philoſophus.
Demetrius Rex.
Didacus Couarruuias Toletanus.
D. Dionyſius Areopagita.
Dictionarium Græcum.
Dionyſius Carthuſianus.
Dionyſius Exiguus Abbas Romanus
Diodorus Hiſtoricus.
Dius Hiſtoricus.
Dominicus Soto ordinis Prædicatorum.
Dorda Sapiens apud Hebræos.

E

Eleutherius Pontifex.
Rabbi Eliezer Hebræus.
Endimion Aſtronomus.
Epiphanius.
Eſdræ liber.
Eraſmus Rehinoldus Saluedẽſis Mathematicus.
Eſaias Propheta.
Eudoxus Aſtronomus.
Ethan Sapiens Hebræus.
Euariſtus Pontifex.
S. Epiphanius.
Eucherius.
Euclides Mathematicus.
S. Euſebius Pontifex.
Eugenius Quartus Papa.
Euſebius Cæſarienſis Epiſcopus.
Euſebius Emiſſenus.
Euthimius Monacus Giggabonus.
Ezechiel Propheta.

F

Franciſcus Forerius ordinis Prędicatorum.
Franciſcus de Puteo Carthuſienſis.
Franciſcus Iunctinus Theologus & Mathematicus.
Faſciculus temporum.
Franciſcus Bordinus Corrigiẽſis Mathematicus.
Franciſcus Maurolycus.

G

Galenus Medicus.
S. Gamaliel Hebræus.
Gaſpar Cardinalis Contarenus.
Gelaſius Pontifex.
Gentianus Heruetus.
Georgius Peubarchius Mathematicus.
Gloſſa ordinaria.
Gloſſa Interlinearis.
D. Gregorius Pontifex.
Gregorius Halloandrus.
Gregorius Primaticius Senẽſis Theologos ord. Prædicatorum.
Gulielmus Pepinus ord. Prædicatorum.
Gulielmus Durandus Epiſcopus Mimatenſis.
Gregorius Tertius Pontifex.
D. Gregorius Nazianzenus.

H

Hartamnus Doctor Collector Chronicarum.
Hector Pinctus Hieronymianus.
Heman Sapiens apud Hebræos.
Hermannus Zoeſtius Mathematicus.
Hermes Triſmegiſtus.
Hermes auctor Paſtoris.
Herodotus Hiſtoricus.
Heſychius.
D. Hieronymus.
Hieronymus Oleaſter Luſitanus Inquiſitor ord. Prædic.
Hieronymus Cardanus Medicus & Mathematicus recognitus.
Hieronymus de Tufo Lauelli Marchio.
Hieronymus Fracaſtoreus Veronenſis.
Hieronymus de la Rua Toletanus Theologus.
Hieronymus Ruſcellus Geographus
Hipparchus Aſtronomus.
Hireneus.
Homerus Poeta.
Honorius Papa Primus.
Hugo de ſancto Victore.
Hugo Cardinalis ordinis Prædicatorum.
Huguitio.
Hyppolitus Epiſcopus.
Hippocras Medicus.

I

Iacobus Naclautes Epiſcopus Clugienſis ord. Prædicatorum.
Ianus Matthæus Duraſtantes Medicus ſancto Iuſtanus.

D. Inno-

D. Innocentius Primus Pontifex.
Innocentius Tertius Papa.
Innocentius Quartus Papa.
Ioannes de Turre Cremata Cardinalis ord. Prædicatorum.
S. Ioannes Euangeliſta.
Ioannes Damaſcenus.
Ioannes Caſtronus Carmelita.
Ioannes Placentinus Monacus Caſſinenſis.
Ioannes Baptiſta Folengus.
D. Ioannes Chryſoſtomus.
Ioannes Hentennius Hieronymianus.
Ioannes Stophlerinus Mathemat.
Ioannes Antonius Maginus Mathematicus.
Ioannes de Straſoldo Vtinenſis Mathematicus.
Ioannes Stadius Mathematicus.
Ioannes Lucidus Samothræus.
Ioannes Geneſius Sepulueda.
Ioannes Nouiomagus.
Ioannes Paduanius Veronenſis Mathematicus.
Ioannes Picus Mirãdulanus Comes.
Ioannes Tortellius Aretinus.
Ioannes Quartus Pontifex.
Ioannes Vincentius de Porta.
Ioannes Chæcus Cantabrigienſis.
D. Iob.
Ionathas Chaldæus.
Ieſu Syrach liber.
Ioſephus Hebræus.
Ioſephus Scaliger recognitus.
Rabbi Ioſue Hebræus.
Ioannes de Regio Monte.
D. Iſidorus Hiſpalenſis Epiſcopus.
Ioannes de Turre Cremata Cardinalis ord. Prædicatorum.
Iuba Hiſtoricus.
D. Iuo Epiſcopus Carnutenſis.
Irenæus.
Iudith liber.
D. Iulius Pontifex.
Iulius Cæſar Imperator, & Mathematicus.
Iulius Firmicus Aſtrologus.
Iunilius.
Iunianus Maius Neapolitanus.
Iuſtinus.
S. Ignatius Martyr & Epiſcopus.

L

D. Leo Pontifex.
Leon Caſtrus.
Liber nouæ rationis reſtituendi Romæ Calendarij.
Lilius Gregorius.
Lippomanus Catena.
Lucius Anneius Seneca.
S. Lucas Euangeliſta.
Lucas Guaricus.

M

Manilius Poeta.
Macrobius.
D. Marcellus Bontifex.
Marcellinus Comes.
D. Marcus Pontifex.
Marcus Tullius Cicero.
Marcus Antonius Sabellius Romanus Hiſtoricus.
Marcus Antonius Marſilius Columna Bonon. Archiep. Salernitanus.
Marianus Scotus Hiſtoricus.
Marcus Vergerius S. R. E. Cardinalis.
S. Marcus Euangeliſta.
Martinus V. Pontifex Maximus.
Martialis.
Magiſter Hiſtoriarum.
D. Maximus.
D. Melchiades Pontifex.
S. Matthæus Euangeliſta.
Melchior Cano Epiſcopus Canarienſis ord. Prędicatorum.
Melampus.
D. Methodius.
Mercurius Triſmegiſtus.
Methon Aſtronomus.
Mileus Mathematicus.
Monumenta ſanctorum Patrum Græcorum.
Muſæus.

N

Necepſo Ægyptiorum Rex.
D. Nicolaus Papa.
Nicolaus Cuſanus Cardinalis Mathematicus.
Nicolaus de Lyra ord. Minorum.
Nicolaus Copernicus Mathemat.
Nicolaus Antonius Dentices.
Nicolaus V. Pont. Max.
Nonius.
Numa Pompilius.

Oecu-

O

Oecumenius.
Onuphrius Panuinius ord. Eremit. S. Auguſtini.
Origenes.
Oſeas Propheta.
Ouidius Poeta.
Orphæus Muſicus & Poeta.
Oratius Poeta.
Ozai Propheta.

P

D. Paulus Apoſtolus.
Paulus Burgenſis Epiſcopus.
Paulus à Migdelburgo Epiſcopus Foroſempronienſis.
Paulus Cruſius.
Paulus Regius Epiſcopus Æquenſis.
Petoſyris Ægyptiorum Rex.
S. Petrus Apoſtolus.
Petrus Lombardus Theologus.
Petrus de Palude ord. Prædicatorum Patriarcha Hieroſolymitanus.
Petrus Pitatus.
Petrus Antonius à Duce Vtinenſis ord. Prædicatorum.
Petrus Diaconus Monacus Caſſinenſis.
Petrus Berchorius ordinis ſancti Benedicti.
Petrus de Riuo Theologus Louanienſis.
Petrus Alliacenſis Cardinalis & Mathematicus.
D. Pius Primus Pontifex.
Philo Iudæus.
Pierius Valerianus.
S. Polycarpus Martyr & Epiſcopus.
Plato philoſophus & theologus.
Plinius Hiſtoricus.
Plutarchus Chæroneus.
Proſper Aquitanus Epiſcopus.
Prutenicæ tabulæ recognitæ.
Ptolomæus Mathematicus.
Pythagoras philoſophus.
Phæton aſtrologus.

R

Rabbanus.
Raphael Volaterranus.
Remigius.
Ruffinus.
Rupertus Abbas.
Romana Synodus.

S

Salomon Rex.
Rabbi Salomon Iudæus.
Sanctes Pagninus ordinis Prædic.
Septuaginta interpretes.
R. Simeon Iudæus.
Sixtus I. Pontifex.
Sixtus Senenſis ord. Prædicatorum.
Solinus.
Socrates Græcus Eccleſiaſticus Scriptor.
Solon vnus ex ſeptem Sapientibus.
Soſigenes Mathematicus.
Strabus.
Suidas.
Staniſlaus Hoſius Cardinalis & Epiſcopus Varmienſis.
D. Symmachus Papa.

T

Thales primus ex ſeptem ſapientibus.
Thebit Bencorat Arabs Aſtronomus
D. Theodoretus.
Theodoſius Trebelius Foroiulienſis.
Theodorus Gaza.
Theophilus Antiochiæ Epiſcopus.
Theophilus Patriarcha Alexādrinus.
Theophilactus.
Theodorus Papa primus.
Titus Liuius Hiſtoricus.
Thimocharis Mathematicus.
D. Thomas Aquinas Doctor Angelicus
Thomas Caietanus Cardinalis ord. Prædicatorum.
Thomas Valdenſis Anglus Carmelita.

V

Valens Antiochenus.
Varro.
D. Victor Papa & Martyr.
D. Victorius Pontifex.
Victorinus Aquitanus.
Vincentius Beluacēſis Epiſcopus ordinis Prædicatorum.
Vincentius Brixienſis ord. Prædicatorum Inquiſitor Venetiarum.
Virgilius Maro Poeta.
Vitalis Hebræus.
Vitruuius.

Z

D. Zepherinus Pontifex.
S. Zozimus Pontifex.
Zoeſtius Mathematicus.

F I N I S.

F. PAVLI MINERVAE BARENSIS
ORDINIS PRAEDICATORVM LECTORIS THEOLOGI.
DE NEOMENIIS SALOMONIS PERPETVIS.
LIBER PRIMVS.

De dignitate corporum cæleſtium in communi. Caput I.

PRAECIPVORVM corporum ſublimitas quæ quantaq; ſit qui eorum motum, naturam, influentiam, impreſsionemq; optimè norunt, omnes in eam conuenerunt ſententiam, vt nihil dignius, nihil admirabilius, nihil denique vtilius ad inferiorum gubernationem, naturęq; propagationem à Deo optimo Maximo conditum fuerit, quàm cœleſtia corpora, quæ vt magis agerent beatorum ſpirituum imperio localiter moueri ne dum ſapientum, ſed fidei quoque ſententia eſt. Teſtes ſunt profecto Græci, atq; Phœnices; tum Ægyptij, à quibus edocti Muſeus; Melampus, Homerus, Solon, Plato, Eudoxus, & Democritus (Diodoro referente) rem adamuſſim declararunt. Sic Orphęus cuius CHELYN ob id inter aſtra relata fingitur. Sic Dedalus, quem ob id volare fabulati ſunt. Sic Pythagoras qui Veneris naturam primus deprehendit. Sic Anaximander Mileſius qui obliquitatem ſigniferi. Sic Cleoſtratus qui ſigna in eo, & prima Arietis & Sagittarij inuenerunt. Sic & multo

Quos docuerũt Aegyptij.

Naturæ Veneris primus inuentor.

Signiferi obliquitas & ſigna in eo à quibus inuēta ſunt.

Curſus ſolis explorator.

Lunæ naturam quis primus inueſtigauit.

ante Atlas & Phæton: quorum alter ſpheram ipſam, quam etiam humeris ſuſtinere confingunt, vnde cœlorum pater dictus eſt. Alter ſolis curſum explorauit, quam ob cauſam & tale nomen ſibi ſol aſciuit. Sic quoque Endimion, qui cum primus lunæ naturam inueſtigauerit, remq; totam carminibus enarrauerit, amore illius captum ſcribunt auctores. Innumeri penè ſunt, qui ſuis in ſcriptis cœlorum naturam motus, curſus, phœnomena, impreſſionem, influentiam, ac virtutem; qualiacunq; ſit in poſterum reliquerunt. Nihilo ſecius prę cęteris alterum Mercurium illum inſpicio Trimegiſtum, qui ob reconditam eius ſapientiam viuens pro rege, mortuus pro Deo, apud Ægyptios habitus eſt. Alterum verò Ptolomæum illum alexandrinum, cuius doctrinam & ſapientiam orbis terrarum inſpicit & admiratur. Cęterum ne verborū folijs agam: non ne ratio ipſa ex motu deſumpta Cęlos orbis terræ, & in ea exiſtentium moderatores eſſe demonſtrat? Cum enim in quolibet genere primum ſit cauſa eorom, quæ ſunt poſt: Cumq; prę cæteris motibus, motus Cęli ſit primus: cęterorū motuum motum cęli cauſam eſſe neceſſario ſequetur; ac igitur inferiora omnia motu cęlico moueri. Eſt vtiquè inter omnes motus, primus cæli motus tribus de cauſis. Prima quidem quia inter omnes motus, localis eſt primus tempore, natura, & perfectione; tempore quia hic ſolus poteſt eſſe perpetuus, ſi credimus Ariſt. octauo libro phyſicarum auſcultationū tex.com.54. hoc probanti; natura nam ſine ipſo aliquis aliorum motuum nequit eſſe. Quoniam nihil augmentatur, niſi præexiſtente alteratione, per quam quod prius diſſimile erat, conuertatur, & fiat ſimile; nihil alteratur, niſi præexiſtente mutatione, ad hoc enim quod fiat alteratio, alterans neceſſe eſt propinquius alterato haberi nunc, quàm prius. Perfectione deniq; cum rem non ſecundū aliquid extrinſecum motus localis variet, quam ob cauſam rei iam perfectè dicitur. Eſt ſecundo inter omnes motus primus cęli motus, cum inter locales motus, circularis & tempore, & natura, & perfectione ſit prior: tempore quia perpetuitatem conſequitur (quemadmodum Ariſt. octauo naturalium tex.com.64. doctè diſeruit) natura, quia ſimpliciter & magis vnus habetur, cum in principium, medium, & finem non diſtinguatur, ſed totus ſit quaſi medium. Demum perfectione anteſertur: quandoquidem ad principium reflectitur. Tertio & vltimo motus cęli inter alios motus primus eſt, quia hic ſolus ſemper regularis & vniformis inuenitur, in cęteris grauium & leuium ſit addictio velocitatis in fine, in violētis additio tarditatis, motus ergo cęli aliorum motuum cauſa eſt, omniumq; inferiorum corporum moderator. Sed præter hāc rationem, alteram in medium afferamus: quam Diuus Thomas Eccleſiæ lumen, & Doctor Angelicus prima parte, quæſt. 115. art. 3. in corp. ac tertio contra Gent. cap. 82. inter cęteras adducit.

Mercurius triſmegiſtus.

Ptolomæus

Prima ratio cœlorū dignitatē demonſtrans ex motu.

Motus cęli inter oēs eſt primus tribus de cauſis.

Ariſtoteles.

Inter locales motus circularis eſt primus.

Motuū differentia.

Secunda D. Tho. ratio cir

Pri-

Primum principium motus neceſſe eſt, vt ſit aliquid immobile, tunc, quæ ad immobilitatē maximè accedunt, aliorum debent eſſe maxime motiua; Verū ad primi principij immobilitatē, magis cœleſtia quàm inferiora corpora accedunt, hæc enim, motuum pluribus ſpeciebus, illa verò vnica tantum gaudent. Ergo hæc quaſi immobilia, inferiora regent, vt potè pluribus motuum ſpeciebus agitata. Hæc igitur cęlorum eſt dignitas atq; nobilitas; quod cuiq; præſidendo corpori, ipſorum motu quolibet progrederetur, nutriretur, augeretur, perficeretur, mundaretur, & renouaretur. Sed quid Ethnicorum hominū teſtimonijs immoror? quid philoſophorum argumentis, probationibusq; inſiſto? Ea profectò eſt eorum dignitas, vt ad totius orbis gubernationem neceſſaria fuerit illorum creatio, vt non immeritò ſummus ille rerum opifex Gen. 1. dixerit. fiant luminaria in firmamento cęli, & diuidant diem, ac noctem, & ſint ſigna, & tempora, & dies, & annos, vt luceant in firmamento cęli & illuminēt terram; vbi Moyſes ſubdidit, fecitq; Deus duo luminaria magna, luminare maius vt pręeſſet diei, & luminare minus vt preeſſet nocti, & ſtellas, & poſuit eas Deus in firmamento cęli, vt lucerent ſuper terram, & pręeſſent diei, ac nocti, & diuiderent lucem & tenebras. Ex quo nō ſolum motu agere deprehenduntur cœli, verum & lumine; & ſicuti varios ſortiuntur motus, nam vel naturali, & proprio mouebuntur, vel extraneo, & extrinſeco, ac illo quidem omnes ab occaſu ad ortum ſed inæqualiter, hoc vero ab ortu ad occaſum primi orbis raptu ſed æqualiter; ita quoque diuerſa habēt lumina. Sol clariſſimus & ſplendidiſſimus eſt, vnde & lucis vehiculū à Theologis appellatus eſt. Luna ex ſe natiuum nō habet lumen ſicuti & cæteri planetæ (quamuis omnes etiam à Sole illuſtrētur) niſi obſcurum: ſed cum per varia ſchemata à Sole illud recipiat, albicans eſt. Mercurius etſi paruus, lucidum tamen habet lumen ſed non cādidum: Venus ſplendidum, & candidum. Mars rubens & ſuboſcurum: Iuppiter cæteris ſplendidius præter lumen Veneris. Saturnus plumbeum habet colorem, & opacum: Sydera inerrantia planetarum lumina ſortiuntur. Cœlorum etiā orbes in quibus ſydera fixa ſunt, (quemadmodum & planetarum) clariſſimi ſunt & ſplendidiſſimi: ſed propter raritatem ſuam, luminū qualitatibus non attinguntur. Stellæ vero quia ſuorum orbium partes denſiores: cuius coloris ſunt facile cernuntur. Igitur quemadmodum varios conſequuntur motus, diuerſaq; lumina, ac cum ſpecificis ad inuicem diſtinguantur differentijs, diuerſos certè in inferiora effectus producēt, ita vt non ſit res ſub lunæ circulo cōtenta, quæ cœleſtibus corporibus minimè ſupponatur. Nec credas me velle dicere, quod cum infra lunare globū homo contineatur, iſq; intellectu, voluntate, atq: anima inſigniter decoretur: quod vel voluntas in homine, vel intellectus, vel anima in eo, cœleſtibus globis

ca cœlorū dignitatem.

Primū principiū motus ē immobile.

Inter corpora, magis cęleſtia accedūt ad primi principij immobilitatem.

Dignitas cœlorum.

Luminarium officia.

Moſes.

Motu & lumine agūt cœli.

Diuerſa planetarum lumina.

Stellæ fixæ planetarū lumina conſequuntur.

Cęlorum orbes clariſſimi.

Hominis aīa intellectus, & voluntas cœleſtibus cor-

poribus non ſubduntur.

ſubijciatur, vana ſunt hæc & falſorum dogmatũ immixta. Quid enim inſultius quàm animam, quæ ſpiritus eſt, omnes corporeas excedens virtutes, corporibus ſupponere? Quid hebetius quã intellectum, qui ſupra tempus extans, ac ab omni ipſius differentia abſtrahens, corporibus quæ cauſæ ſunt temporis ſubmittere? Quid amentius atq; ſcelestius quàm voluntatem, quæ libera eſt, legi aſtrorum ſubdere? abſurda quidem & iniqua ſunt hæc. Verum quod theologi etiam Sancti docent, explicamus; ſcilicet, quod vt hominis intellectus Angelis, Deoq́; voluntas ſubijcitur: ita corpus cœleſtibus ſubiacere corporibus non dubitamus. Eſt teſtimonium diui Dioniſij Areopagitæ, de diuinis nominibus, & de cęleſti Hierarchia 4. cap. Magni Baſilij in exameron, Auguſt. 3. de Trinit. diui Thomæ Aquinatis pluribus in locis ſuæ doctrinæ, & innumerorum ferè doctorum. Sed duabus tantum authoritatibus contenti erimus, Auguſtini ſcilicet, & Doctoris Angelici Auguſt. 5. de Ciuit. Dei cap. 6. ſic inquit. Non vſquequaq; abſurde dici poteſt, ad ſolas corporum differentias afflatus quoſdam ſydereos peruenire. Diuus Thomas in opuſculo de iuditijs aſtrorũ dicit: quod cœleſtium corporum virtus ad immutanda corpora inferiora ſe extendit, idq́; patet obſeruationibus omnium.

Intellectus & volũtas hoĩs quibus ſubduntur. D. Dionyſius Areopagita. Magnus Baſilius. D. Auguſt. D. Thomas.

De Neomeniarum neceſſitate, & Lunæ actionibus. *Caput* II.

ET motu & lumine cœleſtes illas ſphæras, globoſq́; æternos agere, cum iam dictum ſit: Eorum quoq; nobilitatem ex magnitudine, ex influentia, & ex figura oſtendere poſſemus. Verum cum in libro quem de rebus cœleſtibus, & meteorologicis fecimus, hæc habebis; hic repetere nõ eſt neceſſarium; Solum de Neomeniarum neceſſitate, dignitateq́; digrediemur. Hæc enim eſt huius capitis intentio, quinimò, & ſicuti prologomena quædam totius operis erunt. Ad duo igitur videtur eſſe neceſſaria Neomeniarum cognitio, ad corporum ſcilicet inferiorum, mutabilitatem, alterationemq́;, & ad feſtorum mobilium notitiam. At circa primum clarum eſt, quod ſi inferiora corpora cęleſtibus ſubdantur: lunæ potiſſimum ſupponentur. Quemadmodum enim actiuum in rem proximam vehemẽtius aget, quam in remotam: (ignis enim ſua calefactoria virtute intẽtius in obiectum ſibi propinquum agit, quàm in diſtans,) ſic luna nobis proprior, atq; finitima, citius, ſæpiuſq́;, quàm reliqui errones aliaq́; cœleſtia corpora influet, atq; ideo quia vicinior & motu velocior rebus generandis humorem ſuggerit vitalem; & à corrumpendis aufert. Motu quidem ſuo, & pro-

Inferiora corpora lunæ potiſſimum ſubiacent.

Luna inter ſtellas efficacius agit.

pinqui-

pinquitate, non ſolum nobis, ſuam transfundit naturam; ſed & planetarum defert virtutes, cum eis vel corporaliter, vel figuraliter applicatur. Hinc ſpatia impregnationis animalium omnium & eorum vitas iuxta lunæ reuolutiones accidere aſſeuerat Ariſtoteles in libris de animalibus. Hinc Ptolomęus Solem & Lunã vitæ authores exiſtimat, & hanc quidem quæ ad augmentum, vegetationemq́; pertinent exibere, illum verò quæ ſpectant ad ſenſum. Generaliter igitur omnibus humidis dominatur, conchilijs præſertim quibuſcunq; & in mari clauſis, ac exanguibus, quæ in aqua morantur, vt Cancri, Gambari, & ſimiles; ita vt in huiuſmodi congreſſu parum, aut minimum in eis reperitur; nec deeſt ratio, nempè ob luminis priuationem, ſicuti è contra luna lumine plena, implentur, vnde eſt illud Oratianum.

Ariſtoteles Ptolomæus.

Quibus luna dominatur.

Lubrica naſcentes implent conchilia lunæ.

Ob incrementum igitur vel decremẽtum creſcunt vel decreſcunt. Sed huius rei cauſam Cardanus lib.7. de rerum varietate iam recognito cap.37. non lunæ incremento tribuit, ſed id fieri voluit, quia aquæ & limus, quibus veſcuntur attenuantur, & concoquuntur, ideò melius nutriuntur, ob id implentur: nam ſi ob incrementum id accideret, humidiora non pinguiora fierent. Sed Cardanus cum plura medicinæ artis arcana aſſequutus fuerit, & inter medicos ſui temporis, non vltimus extiterit: communis & vulgaris illius recordari debuerat, calido viuimus, humido nutrimur, ergo ex humiditate nutritio: ex nutritione pinguedo, pro corporum differentia; pinguiora euadunt, igitur ob humiditatem, igitur ob lunæ incrementum. Imò ſuamet ratio (non volens) arguere videtur ob lunæ incrementum ſimilia impleri: nam ſi aquæ & limus quibus veſcuntur, ex attenuatione & cõcoctione pinguia talia reddunt, talis attenuatio, & concoctio non accidit niſi in lunæ incremento: id igitur cauſa horum eſt, ergo & plenitudinis ſimilium animalium, quamuis cibus cauſa pinguedinis propinqua erit, lunæ plenitudo remota, qua ablata non pingueſcerent. Alphonſus Toſtatus Epiſcopus Abulenſis ſuper Geneſis cap.8. ſcribit in coniunctione & luminarium oppoſitione humida benè ſe haberi, nam & ſunt plena, & de oppoſitione ab omnibus conceditur, de cõiunctione verò omnibus ferè contrariatur. Vacuitatem autem conchylium, Cancrorũ, & ſimilium mauult accidere in luminarium quadraturis, quàm in coniunctionibus: tunc enim luna deſiccandi virtutem habet, nam eo tempore vaſa theriacam cõſeruantia, vacua ferè perſpiciuntur; in oppoſitione verò plena; ſed hoc, nec experti fuimus, nec nunc accidere putamus; quod ſi huiuſce rei periculum Abulenſis fecerit, potius erit in vltimis quadraturis, quãdo luna lumine minuitur, quàm in primis cum ſolis lumine creſcit. Veritas tamen eſt in incremento omnia augeri naſcentia: in decremento deſtitui. At in Neomenijs nedum animatorum

Cardani ratio de incremento & decremento cõchylium, &c.

Refellitur Cardanus.

Abulẽſis opinio circa humidorum incremẽtũ, vel decremẽtũ.

Sẽtẽtia Abulenſis aliqualiter exploditur.

Albumaſaris placitū circa animata, & inanimata in lunæ coitu.

Menſtrui naturá & effectus.

Menſtruū nocet quàpluri-mum viro hora cōcubitus.

Maris fluxus & refluxus ex motu lunæ.

Fons Plinij

Euripus in Græcia.

Pierius Valerianus.

Galenus.

Lunæ vires ĩ Cynocephalis & eorum paſſiones.

Sim'æ triſtes in lunæ coitu.

torum omnium (vt inquit Albumaſar) & in animatorum genus, decremētum ſuſcipit, ſed cum luna intermenſtrua eſt propter humoris inopiam, ſeu potius deprauationē: natos infantes (Ariſtotele ſic docente) imbecilliores eſſe viſum eſt. Amplius ſanguinis profluuium mulieres pati animaduerterunt medici, cuius cruoris contactu fruges non germinare, aceſcere muſta, mori herbas, amictere arbores fœtus, ferrum rubigine corrumpi deprȩhenſum eſt, imò ſi quæ canes inde ederint in rabiem efferuntur. Glutinum deinde aſphalti, quod nec ferro, nec alio diſſoluitur cruore, ipſo pollutum ſponte diſpergitur. Cauſa eſt quia menſtruum vitioſi humoris inditium eſt, nam indigeſtum & crudum (vt inquit Macrobius) eſt quod digeritur, & quaſi infirmum effluit, nec habet ſedem, ſed natura quaſi noxiū, & magis frigidum pellit; ita vt ſi hora concubitus menſtruum pateretur mulier, vir qui cū ea coiret, vel perpetua afficeretur ȩgritudine, vel periculo exponeretur (adeò venenoſum & virulētum eſt menſtruum) vt vitam cum morte eſſet cōmutaturus. Sed id non eſt tam conſtans, vt ſemper in Neomenijs menſtruo mulieres laborent: nam & alio lunæ tempore; verum vt in pluribus in Neomenijs. Sunt & alij lunȩ effectus qui tum in Neomenijs tum in reliquis lunæ meatibus producuntur, vt ſunt marium incrementa, & decrementa, quamuis & multæ aquæ propriam aliquā habeant naturam: vti mare Adriaticum quod ſex horis fluxum, & ſex horis refluxum patitur, ſed habet etiam cauſam cœleſtem: ſimile etiā in fonte Plinij cernitur, & Euripus in Græcia ſepties quotidie refluit. Eſt & cerebri incremētum, & decrementum iuxta lunæ viciſſitudines: ſunt & alij effectus quos ſi recenſere voluiſſemus, parum noſtro prodeſſent inſtituto, ſed hæc voluimus dixiſſe, vt manifeſtaretur quanta ſit neceſſaria Neomeniarum cognitio. Placet tamen hoc in loco, duo reliquis illuſtriora inſerere: alterum de Cynocephalis ex Ægyptiorū hyeroglificis excerptum, Pierio Valeriano authore, alterum de homine ex Galeni doctrina, & in dies comprobatum, lunæ vires maximè ſentientibus. Et de Cynocephalis qui erāt lunæ hyeroglificum apud Ægyptios in templis alebantur, vt luminarium congreſſus exploratiſſimè deprȩhenderentur. Nam Cynocephali eo tempore quo luna omni priuata lumine nobis videtur pȩnitus euanuiſſe, cum ſoli cōiungitur: mira afficiuntur paſſione. Mas enim luminibus capitur, cibum non ſumit, ſed humi procumbens: infirmatur. fœmina quoq; viſu deficit: & prȩter id quod ea quoque pari efficitur ægritudine, ſanguinem egerit è natura, ſic lunæ vires ſentiunt. Simias etiam triſtes luna caua argumentatur Cornelius, cum affectus idem omnino in id genus omne diffunditur; quamuis in Cynocephalis & maior & exploratior eſt. Homines deinde ægrè ſe habentes in ipſius initio ægritudinis, lunari corpore à combuſtione recedente, maximo afficiuntur æſtu, cum

enim

enim humores, inæqualiter ſe habeant, qualitateſq; ad inuicem diſſideāt, exardeſcit tunc infirmitas,quod medici animaduertere debeāt: nam ægrotorum corpora iuxta lnnæ conuerſiones reuoluuntur,agitātur,& afficiuntur, Hinc Galenus, hypocras, deniq; tum veteres tum recentiores medici rectè dies criticos ex lunæ motu obſeruari docuerunt, cuius rei obliuio,ſi medicū obreperit æger moritur.

Dies criticos ex lunæ motu Medici obſeruant.

Ptolomeus Aſtrologorum Rex inclitus,& aſtrorum peritiſſimus,ſeu Hermes cęleſtium doctiſſimus(eſt enim quæſtio de authore centiloquij)in centiloquio propoſitione 57. ſic inquit.Cum fuerit ſeptimus, & eius dominus impediti remoue medicum ab ægro; quaſi diceret, medici inſcitia lunaris aſpectus, & naturæ inſcij, moritur æger.

Ptolomæus. Hermes.

Et verè medicus ſine cęleſtium cognitione eſt quaſi cæcus manu tentans quærens viam. Sicuti quidam medicus mihi notus, cęleſtes negans influxus: & tamen ab his qui in ea facultate principes habentur manifeſtè elicitur, medico neceſſariā eſſe cœleſtium cognitionē.

Cœleſtia debent eſſe nota medicis.

Vnde non miror ſi in medēdo plures interficit quā viuificat, ſed verus medicus cęleſtia terrenis cōiungit ob illorū ſympathiam, & congenitā naturam;ſed de his ſatis accuratè Hermes triſmegiſtus in ſua Iatromathematica hoc eſt, medicinæ cū mathematica cōiunctione digreditur.

Hermes triſmegiſtus.

Illud tamen prætereundū nō eſt,(ſi illuſtribus medicis fides eſt adhibenda)ſcilicet,luna ſupra ſuum finitorem exiſtēs hominem iam in proximo ſpiritū efflaturū impedire molitur,quin animā deponat; non idcirco quod animæ dominetur, ſed quia tātū fortitudinis corpori impertiri videtur,vt animā agere nequeat,quod tamen pleriſq; non contingit luna ſupra illorum finitorem minimè commorante.

Lunæ dominatus ſupra moriturum.

Id autem,& in Neomenijs & in reliquis lunæ meatibus accidit, ſicuti etiam non ſemper in Neomenijs homines ægrotant,vnde non ſolum eo tempore,ſed & alio affliguntur. Ideo quocunq; ægritudinis tempore obſeruandi ſunt dies critici,magis autem in Neomenijs: tunc enim ægritudo moleſtior eſt & periculoſior. Hæc verò accipienda ſnnt, ſicut & aliæ cauſæ naturales,quæ non ſemper ſed vt plurimum eueniunt. Poteramus & mnlta alia afferre, ſed id ſolum ſtudioſo ſufficere deberet: quod ab hoc lunæ ſtatu totius mēſis qualitas ſumitur, nec ſol vnquam deficere videtur niſi in Neomenijs; Hanc ob cauſam mutationum rerum cauſa potiſſimumq; principium huiuſmodi congreſſus erit.

A Neomenia deſumit qualitas menſis.

Magna eſt igitur huius ſyderis efficacia, ob id magnum luminare appellari credimus in Geneſi,quamuis ad ſolem relatum ſit minus, imò cum magnitudine à cęteris præcellatur ſtellis: dicitur tamen magnum luminare efficacia & virtute, Chriſoſtomo ſic docēte ſuper Geneſim: & ratio diui Thomæ pri. par. quæſt.70.art.1.in reſponſione ad quintum argumētum in promptu eſt. ſcilicet, quod etſi quantitate à cęteris vincatur ſtellis, effectus tamen eius magis in inferioribus ſentiūtur. Eſt deinde Neomeniarum ſcientia

Magna lunæ efficacia. Chriſoſt. D. Thomas. Luna minor cūctis ſtellis.

Neomeniarũ ſcientia ad quid neceſſaria.

Sãctum Paſcha quomodo à Iudæis & fidelibus inueſtigãdũ eſt.

tia ad feſtorum mobilium cognitionem neceſſaria, quod fuit & ſecundo promiſſum: nam à luna ſignum diei feſti ſcribitur eccleſiaſtici 43. & luna:in omnibus in tempore ſuo oſtẽſio temporis, & ſignum eui, &c. Et quamuis ad Hæbreos pertineat obſeruatio hæc, dum feſtos dies lunæ motu inueſtigant, tranſijt tamen ad nos ob Paſchæ ſollemnitatem. Quæ cum quartadecima luna primi menſis Exodi 12. obſeruari præcipiatur, lunæ progreſſu inueſtiganda erit; ſed à fidelibus principaliter à Neomenia Februarij menſis, vt inferius dicemus, à Iudæis à Neomenia menſis Niſan. Hanc ob cauſam ſecundus eſt editus liber, in quo numeri annui, quibus Sancta Mater Eccleſia vtitur, poſiti ſunt: & ſancti Paſchatis ratio edocetur; cumq́; ſit fundamentum inueniendæ huius ſanctæ ſollemnitatis, erit & via ad cętera feſtiuitates indagãdas, mobiles dicimus, non alias. Vt eſt feſtum Aſcenſionis Domini, Penthecoſtes, Sanctiſſimę Trinitatis, & Corporis Chriſti. Fixæ enim non lunæ motu metiuntur, ſed ſolis. Dico ſolis motu non quod abſolutè ſolis motu inueſtigantur, quemadmodum & motu lunæ feſta mobilia: ſed dicuntur fixæ ſolis motu inueſtigari; Quia ſemper eodem die mẽſis celebrantur, quamuis non eodẽ die hebdomadæ. feſtum enim Natiuitatis Domini ſemper die xxv. Decembris fideles celebrant, feſtum Aſſumptionis Beatæ Virginis ſemper xv. Auguſti, & ſic de reliquis. Sed feſta Reſurrectionis Domini, Aſcenſionis, Penthecoſtes, & cętera huiuſmodi, non ſemper eodem die, ſed variabiliter: niſi poſt multos annos. Vnde & mobilia cõmuniter vocitari omnibus placitum fuit.

Fixę ſolẽnitates, qua nam ratione inueniuntur.

De quidditate Neomeniarum appellatione, & origine. *Cap. III.*

ANTEQVAM verò ad Neomeniarum traditionem accedamus, opere prętium fore arbitramur, ſi illarum originem nomenclaturam, & quidditatem præcipuè explicemus. Docet enim Plato in Timeo, & in naturalibus non prętermiſit Ariſtoteles, vt inter initia conſideretur, quid ſit de quo agatur. Quid verò cum duo reſpiciat nomen rei, & rem nominis, vtrumq́; ſanè abſoluemus, alterum ex nominis ſignificato, alterum verò ex rei natura, & ſi hoc non vſq; ad vltimas rei differentias præcisè, cum ad cœleſtium cognitionem eò ſe habeat intellectus noſter quò ad Sanctorum Angelorum intelligẽtiam; Nemo enim ex ſuperis aliquid eorum nobis innotuit peculiare, eorum tamen cognitio vſq; adhuc illuſtrior cęteris habita eſt. Neomenia igitur propriè nomen Græcum eſt, à νέος dictum, quod eſt nouũ, & μήνη ſiue μηνὶ, quod interpretatur Luna, & non defectus, (vt quidam ſentiũt) nõ enim in ſingulis

Plato.

Ariſtoteles.

Cęleſtium cognitio nõ habetur quidditatiua, ſicuti nec Angelorum.

Neomenia nomen Græcũ.

gulis neomenijs defectus occurrit, ſed in illis dumtaxat in quibus Luna in eodem Eclipticæ gradu Soli obiecta capiti draconis coniungitur, vel caudæ, ſub nadir Solis, ſeu vt rectius loquamur in linea inter viſum noſtrum, & Solem, (vt alibi docuimus) ſi non defectum, pro eo quod eſt lumine deſtitutum velint accipere, cum in neomenijs Luna nullũ prorſus lumen habeat; ſed erit impropria locutio.

Quãdo Solis defectus in neomenijs.

Vel neomenia à νέος nouus, & μήνια menſtrua, à μήνη, ideſt Luna: quod ſingulis menſibus à mulieribus defluant. μηνιάτα Græcè, Latinè meſtruus, ob id ſuperius menſtruo mulieres affici in neomenijs diximus. μήνια igitur, vel μήνη: vel μήνα, Lunam ſignificat; quod nomen etiam piſci cuidam breui hac de cauſa impoſitum fuit (vt Cicero de finibus, & Martialis meminerũt) quia Lunæ viciſſitudines omnino ſequitur: creſcẽte enim ipſa creſcit, & pariter decreſcente decreſcit (quamuis & aliud à natura natiuũ habeat: æſtate ſcilicet fieri nigrum, Hyeme verò candidum) Neomenia verò nouam Lunam.

Alia neomeniæ explicatio.

Nomẽ Lunę gręcũ cur piſci cuidã impoſitum fuit.

Cicero.

Martialis.

Et quamuis hoc ſatis oſtenſum fuerit cum ex nominis quidditate, cũ Græcæ ſapiẽtiæ teſtimonio, illuſtrior tamen redibit opinio Doctorum fulta præſidijs, Sacræ ſcripturæ nodos rectè diſſolueutium; præſertim cum negotium ad ſacram pertineat ſcripturã. Diuus Auguſt. lib. 19. contra fauſtum manichęũ, tom. 6. inquit; cum quæris, cur Chriſtianus neomenias in lege mandatas non celebrat, ſi Chriſtus non venit ſoluere, ſed adimplere? Reſpõdeo, quia propter quod pronunciãdum celebrabãtur, iam Chriſtus impleuit: celebratio nouæ Lunæ prænunciabat nouam creaturam, de qua dicit Apoſtolus; ſi qua in Chriſto noua creatura vetera trãſierunt, ecce facta ſunt noua.

D. Auguſt.

Celebratio nouæ lunæ quid pręnunciabat.

Diuus Hieronymus in Amos cap. 4. tom. 6. Luna inquit Grecè μήνη. Petrus Lombardus de ſacra Theologia bene meritus, ſuper Pſalmum octuageſimum, inquit: in neomenia, ideſt in veſtra innouatione pręceptum eſt in lege Moyſi, in figura veſtrę innouationis, quod populus ille buccinaret in neomenia: ideſt in noua Luna. Diuus Tho. pri. 2. quęſt. 102. art. 4. in reſponſione ad decimũ argumentum, & ad Colloſenſes 2. lect. 4. Neomenia (inquit) celebratur quolibet menſe, in nouitate Lunæ. Hugo Cardinalis in ſacris litteris apprimè eruditus in poſtilla ſuper Num cap. 28. inquit, eſt autem neomenia innouatio Lunæ: & paulo inferius diem nouæ Lunæ, neomeniam vocãt. Idem Leuitic. cap. 23. dicit, ſcilicet quod neomenia eſt innouatio Lunę, idẽ ſuper Pſalmum 80. Neomenia grecè, noua Luna latinè. Gloſa ordinaria ſuper num. 28. inquit, tertia feſtiuitas neomeniæ dies in qua etiam Hoſtia offertur: neomenia autem noua Luna dicitur, noua Soli proxima, vt ſub claritate eius lateat. Thomas Caietanus in Pſal. 80. ſeu 81. iuxta Hebręos in verſiculo Clangite in nouo cornu, in ſolennitate diei feſtiuitatis veſtrę, in nouo (inquit) Caietanus. Ecce tempus in nouilunio: vbi trãſlatio quam ſequimur pro nouo habet neomenia.

D. Hieronymus.

Petrus Lombardus.

D. Thomas.

Hugo Cardinalis.

Gloſſa ordinaria.

Thomas Caietanus.

Cirillus.

Cirillus in Euangelio Ioan. cap.28.lib.4.ſuper illud Exodi 40. menſe primo in neomenia menſis, vno die eriges tabernaculum; neomenia inquit nihil aliud denotat, quam Saluatoris Aduentum, quo renouamur,quo tranſactis iam priſcis omnia noua facta videmus. D. Anſelmus ſuper illud Apoſt. ad Colloſ.2. Nemo autem vos iudicet (inquit νέος græcè, nouum dicitur latinè, μήνη luna, neomenia noua luna. Vbi Gregorius PrimaticiusSenenſis Doctor Theologus ordinis prędicatorum dicit, aut in parte Neomeniæ, vt eſt feſti nouæ Lunæ: quo in loco quædam tranſlatio habet, aut in parte diei feſti, aut nouilunij. Cuius enarrationes ſunt vetuſtiſsimorum Theologorum, ob œcumenio collectæ,Ioāne Hentennio interprete. Nicolaus de Lyra ſuper illud Pſal. 80.Buccinate in Neomenia tuba, inquit,ideſt in nouilunio,& dicitur à νέος græcè, quod eſt nouum latinè. Idem incognitus ſuper eundē Pſalmi verſiculum. Idem Ioannes Baptiſta Folengus. Idem Euthimius Monacus Gigabonus. Idem Franciſcus de Puteo Carthuſienſis. Idem deniq; Petrus Berchorius in ſuo dictionario. Adſunt & alij,vt Franciſcus Forerius ordinis prædicatorū ſuper Eſaiam cap.1. & Hector Pintus Luſitanus eo loci,& in eius annotationibus, qui idem ſcribunt. Adeſt & Raphael Volaterranus in Philologia lib.35.cap. de luna inquiēs, ipſam dum eſſe in coitu deficientem luminis, Neomeniam dici. Centum etiam anctoritates pro huiuſce rei confirmatione adducere potuiſſemus. Sed ne longis verborū ambagibus negotium inuoluere videamur,eſt teſtimonium ſeptuaginta interpretum,qui per calendas,& nouilunia neomenias verterunt. Vnde verſiculus ille Pſal.80. Buccinate in neomenia tuba: Sic in græco Pſalterio ſe habet. σαλπίσατε ἐν νεομηνίᾳ, σάλπιγξ ἐν εὐσήμῳ ἡμέρᾳ ἑορτῆς ἡμῶν. Vide Bibliam Andreæ Aſulani græcè conſcriptam. Latinè verò ſic vertit Ioannes Placentinus Monacus Caſſinenſis: Canite in nouilunio tuba in inſigni die ſolemnitatis veſtrum. Vbi Cornelius Ianſenius Epiſcopus Gandauenſis in Paraphraſibus, & eius annotationibus ſic expoſuit. Miniſtri Dei leuite clangite tuba cornea in nouilunio. Cui pulchrè fauet Philo Iudæus vir clariſſimus in Decalogo: Vbi inquit, ſacrum nouiluniū in quo tuba canitur. Itē in libro de ſacrificijs: publica ſacrificia alia fiunt quotidie, alia ſeptimo quoq; die, alia in nouilunijs,&c. Ex quibus omnibus manifeſtum eſt neomeniam nouam Lunam eſſe. Quare etſi in re tā clara & manifeſta nimis immorati fuerimus: pro neophitis, vt ſciāt communem eſſe animi conceptionem; ac propterea pro fundamento certiſſimo dicendorum ſubſternendo id fecimus. Igitur rem nominis indagantes neomenia, ſeu noua Luna tunc fit cum ipſum Solem,qui à parte præcedētis coitus longius receſſit aſſequitur ſpatio dierum 29. horarum 12.minutorum 44. Secundorum trium,tertiorum duodecim ferè, vel dierum totidē, minutorum 31, ſecundorum 50.tertiorum 8. quo

Neomenia ſaluatoris aduentum ſignificat.

D. Anſelmus

Gregorius primaticius.

Lyranus.

Franciſcus Forrerius.

Hector Pint⁹

Raphael Volaterranus.

Græca veritas circa illud buccinate in neomenia.

Andreas Aſulanus.

Cornelij Iānſen j expoſitio.

Philo Iudæ⁹.

Quādo fit noua luna.

quo fit, vt tempus quo motum hunc luna obſeruat, menſis Synodicus nuncupetur: differens à Periodico, qui eſt tempus, quo Luna totũ circumit ſigniferum ſpatio dierum 27. horarum 8. ferè; & ab eo qui illuminationis inſcribitur dierum 28. intercapedine conſtans; licet tempus hoc non ſit perpetuum, cum alias tardius alias citius poſt illuminationem ſe nobis Luna manifeſtet: vel ob latitudinum varietatem, vel motuum ipſius differẽtiam. In latitudine enim Septentrionali citiùs ſe oſtendit quàm in Auſtrali: citiusq́; motu velox, quàm tarda. Rurſus cum Sol breuioris ſigna aſcenſionis commeat, Borealibus plagis citiùs Luna cõſpicitur: tum propter ſigniferi obliquitatem, & Orizontis; tum propter talium ſignorum rectum deſcenſum. Et horũ cauſa eſt, quandoquidem obliquus Orizon Boream verſus magis ſuccumbit: verſus verò Auſtrum magis eleuatur. Inſuper ſi ſub eclyptica à fine Sagittarij in finem Geminorum accidat coniunctio, tunc cum Sol in Orizonte occidendo fuerit: maiores in circulo reuolutionis Lunæ erunt partes; & ab ipſa Luna ad Orizontem, quàm de ſignifero à Luna ad Solem. Et huius ratio eſt, partis illius ſigniferi obliqua diſceſſio: quò accidit, vt à Borealibus citiùs quàm Auſtralibus videri poſſit. Et cum dictum ſit de velocitate motus Lunæ: intelligendum eſt de veri motus ipſius velocitate. Quò circa diligenter animaduertendum eſt, quod ſi omnes hæ cauſæ concurrerent, tunc termino horarum 24. Luna vetus, & noua appareret; ſi duæ tantum: altero poſt coitum die; ſi vna ſola: tertio videbitur; ſi nulla, quarto die eam apparere continget.

Menſis Synodicus.
Menſis periodicus.
Menſis illuminationis.
Cur Luna poſt incẽſionem aliquando tardius, aliquando citius ſe nobis manifeſtat?
Sol quando breuioris ſigna aſcenſionis permeat: cur Luna citius apparet.
Lunæ veteris & nouæ apparitio.

De Neomeniarum quidditate iuxta Hebræos.
Cap. IIII.

NEOMENIARVM quidditate iam ex Græco fonte habita, & Doctorum auctoritatibus confirmata, remanet hoc inquirendum ex Hebraica veritate: & eò magis, quò negotium Hebræum eſt. Vt igitur ſciatur, qua nam ratione Hebræi nouam vocant Lunam, explicare neceſſum erit, & noui rationem, & Lunæ. Lunam ירח idest Iareach appellant Hebræi. Suffragatur huic negotio D. Hieronymi auctoritas in Amos c. 4. tomo 6. vbi in illius commenti dilucidatione dicit, Luna Hebraicè יֵרֵחַ hoc eſt Iereach, per ſceua ſeruientem vocalem ſcribens: Græcè μήνη dicitur; quod & nos iam adnotauimus. Sed noſtra confirmabitur ſententia, ſacræ Scripturæ teſtimonijs. Pſal. 8. Quoniam videbo cælos tuos opera digitorum tuorum. ירח idest Lunam, & ſtellas &c. & Pſalm. 88. ſeu iuxta Hebræos 89. כירח, idest beiareach. Hoc eſt: Et ſi-

Lunæ appellatio Hebraica.
D. Hieronymus.
Pſalmus.

cut perfecta Luna in æternum &c. & Ioſuè 10. Sol contra Gabaon ne moucaris וירח veiareach: ideſt & Luna contra vallem Aialon. Et ſtatim, ſteteruntq; Sol וירח ideſt & Luna donec vlciſceretur ſe gẽs de inimicis ſuis &c. & Eſaiæ 60. Non erit tibi amplius Sol ad lucendum per

Iſaias.

diem, nec ſplendor לירח ideſt laiareach, hoc eſt Luna illuminabit te. Et Paulo inferius: non occidet vltra Sol tuus, הירח haiareach, hoc eſt,

Eccleſiaſtes.

& Luna tua non minuetur. Similiter Eccleſiaſtes 12. antequam tenebreſcant Sol, & lumen, & ſtellæ והירח, vehaiareach, ideſt & Luna: & reuertantur nubes &c. Sicq; in pluribus ſacræ Scripturæ locis Lunã in-

Appellationes aliæ Lunæ Hebraicę.

uenies nominari ירח cum puncto vocali Camez. Habet præter hãc, & alias appellationes, vocatur enim לבנה ſeu לבונה ideſt leuanah, ſeu leuonah. Eſaiæ 24. & erubeſcet הלבנה Halleuanah, ideſt Luna, & confundentur Sol. Alia translatio habet, & pudore ſuffundetur Sol. & cap. 80. Et erit lux Halleuanah, ideſt Lunæ ſicut lux Solis. Et canticorum 6. Pulchra Calleuanah, ideſt vt Luna: quæ appellatio à cando-

Aquila Hebræus. D. Hieronymus.

re deſumpta videtur; ſic enim Aquila interpretatus eſt לבנה ideſt albam, teſte Hieronymo ſuper Eſaiam cap. 3. lib 11. ob id Thus à candore Leuonâh, per Holem nuncupatum eſt. Leuit. 2. Et ponet ſuper illã Leuonâh, ideſt Thus. Et Cant. 4. cum omnibus arbuſtis Leuonah, hoc

Luna iuxta Caldaicam expoſitioné. Sãctes Pagninus.

eſt thuris. Et in pleriſq; alijs ſacræ Scripturæ locis hoc reperietur vocabulũ. Caldaica verò expoſitio pro Luna habet. סיהרא Sihara. Hoc enim ex Geneſ. 37. & Eſaiæ 13. excerpitur: vel vt notat Sanctes Pagninus in ſuo theſauro linguæ Sanctæ (non qui auctus eſt opera Ioannis Mercerij, & Antonij Ceuallerij hæreticorum, prout in indice conſtat, ſed in ſuo primæuo) in ſecunda inquam parte theſauri linguæ Sanctæ in literis ירח expoſitio illa pro Luna Iareach, habet Sahara: quod & confirmat in ſuo enchiridio aramæo, ponens ſin, vice Samech. Iudicum 8. & tulit Haſaharnim, quod eſt lunulas, quæ ſunt ornamenta inſtar Lunæ, quibus decorabantur reges Zebæ, & Salmana; ſic docue-

Rabbi Dauid. Rabbi Abraã. D. Hieronymus.

runt Rabbi Dauid, & Rabbi Abraam: Bullas verò notauit D. Hieronymus. Sed reuera Luna Hebraicè Iareach nuncupatur, reliqua verò nomina ob aliqua eius accidẽtia, & paſſiones ipſi imponuntur. Quemadmodum Luna præter hoc quod à Grçcis μήνη vocatur, dicitur etiam

Cur diuerſis nominib9 appellant Lunã Hebræi.

σελήνη, quaſi ſileat, cum in coniunctione prorſus occulta nobis videatur. Inde recedens vocatur μονοίδες, ſiue μηνοειδὴς, ſiue χοροίδες, Latinè verò cornicularis, falcata; velut à Plinio dicitur, curuata in cornua. Rurſus ad quadraturam accedens διχότομος, ſeu ἡμίτομος: Latinè diui-

Varia nomina Lunæ Grçca.

dua, & dimidia. Inde quintam circuli partem peragens, vſquequo plena lumine luceat ἀμφίκυρτος, ſiue πανσέληνος, Latinè prætumida, vtrinq; gibboſa; vel (vt Plinius inquit) ſinuata in orbem; quæ etiam φάσεις ac-

Plinius.

cidunt, cum ad Solem accedit. Quod igitur omnibus his vocetur Luna nominibus, ob diuerſas eius paſſiones euenit, ex Phænomenis ſcili-

cet

cet aliiſq́; eius proprietatibus. Sic etiam quod Luna Hebraicè Leuanàh, ſeu Leuonàh, ſiue Siharà, vel Saharà nuncupetur, tum ob eius rotunditatem, tum ob talis colorem luminis prouenit. Hoc iam explicatum eſt, reliquum verò examinãdum remanet. Nam Sahar Hebraicè, Latinè rotundum Sonat, ſiue (vt placet Hieronymo) tornatilem. Cant. 7. Venter tuus crater Haſſahar, hoc eſt rotundus: vnde & mulierum ſpecula ob rotunditatem Saharonim, vocantur (ſunt enim ſpecula: quibus quondam vtebantur Hebræi). Quod vocabulum (vt dictum eſt) Caldaica expoſitio Lunæ impoſuit ob rotunditatem. Nihilo-ſetius ירח propriè Lunam in Hebrȩo ſignificat. Verum quod noua vocetur, habet textus Hebraicus in multis locis chadaſſah, ideſt noua. Eſaiæ 65. Ecce enim ego creo cælos nouos, & terram חדשה chadaſſah, ideſt noua, quæ ego facio ſtare coram me &c. Et 2. Reg. cap. 21. Et accinctus erat enſe cadaſſah, hoc eſt nouo, vel ſecundum aliã tranſlationé, gladio nouo. Et Exod. 1. Surrexit in terra Rex חדש cadaſs, ideſt nouus ſuper Ægyptum. Et Eccl. Nihil ſub Sole cadaſs, hoc eſt nouum. Siue iuxta Hebræos: Et non eſt omne nouũ ſub Sole: vbi quandoq́; Camez, aliquando Hateph pathah ponitur. Cum igitur nouum hadasàh, ſiue chadas ſonet, quod nos nouilunium, Grȩci Neomeniam, quod ſacræ Scripturæ interpretes, plerumq́; obſeruarunt: Hebræi rectè Iareàch chadaſsàh, vel càdass habent. Quocirca ex dictis liquet Neomeniarum, quidditas, & appellatio.

D. Hieronymus.

Specula Hebraicè quomodo vocantur.

Interpretatio noui Hebraica.

Hebræi quanam ratione vocant nouilunium.

De vera Neomeniarum appellatione iuxta veritatem Hebraicam.
Cap. V.

TAMETSI hoc bene explicatum fuerit, verum tamen cum etiam Hebræi habeãt, & nomina propria rerum, abſq; eo quod circumſcribant; quemadmodum Græci plerumq; atq; Latinè (nouam enim Lunam Neomeniam vocant Græci, Latini nouiluniũ) altius ſpeculandum eſt, qua nam ratione apud Hebræos noua vocatur Luna. Quamuis enim Iareach cadaſſah, vel hadass, noua nuncupatur Luna: ad multa tamen non eſt recurrendum nomina, quoties rem per vnicum appellare poſſimus: & eò magis, quò Hebrææ linguæ comparatione pauperiẽ habet Græca, & Latina, docente ſic Hieronymo in Eſaiam cap. vlt. tomo 5. Primo igitur inſpiciendum eſt, ſi hoc nomen Neomenia in ſacris reperiatur literis: hoc enim totum confirmabit intentum, nempè & nomen nouilunij Hebraicum: & quod magis refert, præſentis materiæ rationem; eſt enim totius negotij fundamentum. Hoc deinde inuento, rationabiliter vnico appellari nomine Neomeniam demonſtrabimus.

Hebræi habent rerũ nomina abſque circumſcriptione.

Hebræa lingua ditior eſt Græca, & Latina.

D. Hieronymus.

In

Salomonis epiſtola ad Hyram Regē Tyri.

In primis ſeſe offert caput ſecundum, ſecundi Paralipomenon, vbi cōſpicitur epiſtola Salomonis ad Hiramū Regem Tyri miſſa: in qua pro domus Domini ædificatione ligna cedrina, viros in auro, argento, ære, ferro, purpura, coccino, & hyacintho eruditos: & qui celaturas ſculpere ſciuiſſent petebat; cuius tenor iſte eſt, qui ſequitur. Sicut egiſti cum Dauid Patre meo, & miſiſti ei ligna cedrina, vt ædificaret ſibi domum in qua & habitauit: ſic fac mecum, vt ędificem domum nomini Dei mei, vt conſecrem eam ad adolendum incenſum coram illo; & fumiganda aromata: & propoſitionem panum ſempiternam, & ho-

Interpretatio Sabbatorum, & Neomeniarū Hebraica.

locauſtomata mane, & veſpere לשבות חדש laſſabaoth vechadeſc: Hoc eſt, Sabbatis quoque & Neomeniis, & ſolemnitatibus &c. & Eſdræ 3. cap. 5. & poſt hæc oblationes inſtitutas, & hoſtias Sabbatorum, chades

Eſdras.

hoc eſt Neomeniarum, & dierum ſolemnium omnium ſacrificatorum: & quotquot vouebāt Domino à chades, ideſt Neomenia ſeptimi menſis cęperunt hoſtias offerre Deo &c. & paulo inferius, & determinatum eſt de viris, qui habebant vxores alienigenas vſque ad Neomeniā primi menſis: Hebraicè verò vſque ad chades. Et quarto, cap. 1. dies enim feſtos veſtros, & chádes, hoc eſt Neomenias, & circuncifiones re-

Eſaias.

pudiam. Et Eſaiæ primo incenſum abominatio eſt mihi, Neomeniam

70. interpretū verſio circa locū Eſaię

& Sabbatum, & feſtiuitates alias non feram. Quem locum ſeptuaginta interpretes ſic verterunt. Incenſum abominatio mihi eſt: Neomenias veſtras, & Sabbata, & diem magnum non feram. Hebræi verò ſic

Hebræa traductio.

habēt. קטרת תועבה היא ליחדש ושבת קרא מקרא לא אבל chetorat, thoeuah hi li, hodeſc veſſabath chero michera lo vchal. Hoc eſt. Incenſum abominatio eſt mihi, nouilunium & Sabbatum, & vocare vocationem ferre non poſſum. Et Pſal. 80. Siue iuxta Hebreos 81. Buccinate in Neomenia tuba in inſigni die ſolemnitatis veſtræ. Textus verò Hebręus ly

Oſeas.

Neomenia habet chodes. Et Oſeæ 2. Et ceſſare faciā omne gaudium eius, ſolemnitatem eius chadas, ideſt Neomeniam eius (& ſi hoc in

Sāctis Pagnini verſio.

loco Sanctes Pagninus, pro Neomenia vertit memoriā) & primi Ma-

Regis Demetrij epiſtola ad Iudæos.

chab. 50. in epiſtola, quam Rex Demetrius genti Iudæorum miſit, vt opitularetur ſibi contra Alexandrū Antiochi filium debellantem eū, ſic legitur. Et omnes dies ſolemnes, & Sabbata, & Hadeſche, ideſt

Iudith.

Neomeniæ, & dies decreti &c. Et Iudith 8. cap. Ieiunabat omnibus

D. Paulus.

diebus vitæ ſuæ: præter Sabbata, & Neomenias. Et D. Apoſtolus Neomeniarum meminit, ad Coloſſ. 2. dicens: Nemo ergo vos iudicet in cibo, aut potu, aut in parte diei, aut Neomeniæ, aut Sabbatorum &c. Quarum appellatio cum in ſacra Scriptura inueniatur, ac Hebraicè

Per verbum innouare mul ta ſignificantur apud Hebræos.

ſit chadaſs, ſiue chadeſc, recta eſt progreſſio noſtra, rectiusq; Hadaſs, ſeu Adeſc, quam Iareah Adaſs; quod Hebræi, vt iam enarrauimus nouum vocant. Nam verbum chodes à nouando dicitur, quo & noua Luna, & primus menſis dies, & menſis ipſe, & primus dies anni apud

He-

Hebræos ſignificatur, quæ omnia ſigillatim pertractabimus; tametſi per Iareach Adaſs interpretari quoque poſſet noua Luna.

De Calendis quæ idem ſunt, quod & Neomeniæ, idq; ſacræ Scripturæ teſtimonijs, & Doctorum. Cap. VI.

OMNIBVS his ſic diſpoſitis, ſupereſt & nunc de calendis agere: cum & ipſi in ſacra citentur Scriptura; tum quoq; cum idem penitus ſignificent, quod & Neomeniæ, vt oſtendemus. Principio igitur omnium loca Scripturæ animaduertere neceſſum eſt, & primo illud Numeri 10. vbi innuitur tubarum, caſtrorumq; mouendorum ordo: Hobabq; à filiis Iſrael diſceſſus; ita habetur in medio: ſi quando habebitis epulum, & dies feſtos, & calendas: canetis tubis ſuper holocauſtis &c. quo in loco ita habent Hebræi calendas. חדש Hadſce. Et Num. 28. in calendis chadeſe, & 29. præter holocauſtum. החדש hachodeſc, hoc eſt calendarum cum ſacrificiis ſuis. Et primi Regum cap. 20. vbi oſtenditur Ionatham non poſſe Patri ſuo reconciliare Dauidem, & illum è manibus eius, trium ſagittarum ſigno liberat: inquit Dauid ad Ionatham. Ecce calendæ ſunt in craſtino; Hebræi verò ly Calendæ ita habent: chodeſc. Et 4. Reg. 4. Vbi oſtenditur Eliſeum ditare Sunamitidem oleo, cui filium impetrat, eumq; mortuũ ſuſcitat, ac ſanata illa panes multiplicat; cui reſpondet vir ſuus, quam ob cauſam vadis ad eum, hodie non ſunt calendæ? chodes. Et primi Paralip. 23. cap. Leuitæ verò, vt ſtent mane ad confitendum, & canendum Domino, ſimiliterq; ad veſperam tam in oblationem holocauſtorum Dñi, quàm בלשבתות בחדש Balaſſabaoth, vechadeſc. Hoc eſt in Sabbatis, & calendis, & in ſolemnitatibus reliquis. Et ſecundi cap. 8. Tunc obtulit Salomon holocauſta Domino ſuper altare Domini, quod extruxerat ante porticum: vt per ſingulos dies offeretur in eo iuxta præceptum Moyſi, Balaſabahot velechadaſcim; hoc eſt in Sabbatis, & calendis: & in feſtis diebus terpe &c. & cap. 31. pars autem Regis erat, vt de propria eius ſubſtantia offeretur holocauſtum mane, ſemper & veſpere: Sabbatis quoque & vechadeſc, ideſt calendis, & ſolemnitatibus cæteris &c. Et primi Eſdræ cap. 3. Et poſt hæc holocauſtum iuge tam bechodes, ideſt in calendis, quàm in vniuerſis ſolemnitatibus &c. & Rurſus ſecundi cap. 10. & in holocauſtum ſempiternum bechades laſſabahot, hoc eſt in calendis & Sabbatis, &c. Et Eſaiæ 1. iniqui ſunt cætus veſtri calendas veſtras odiuit anima mea. Vbi Hebræi calendas veſtras habent חדשיכם haucſcechem. Et Ezech. 45. Et ſuper principem erant holocauſta, & ſacrificium, & libamina in ſolemnitatibus, Vbechadaſcim vlaſſabahoth.

Calendæ, & Neomeniæ idem ſunt.

Numeri.

Libri Regũ.

Libri paralipomenon.

Eſdras.

Eſaias.

Ezechiel.

Hoc

Hoc eſt in calendis, & in Sabbatis. Et 46. Sed in die chadaſim, ideſt calendarum aperietur. Et paulo inferius, in die autem chadaſim, ideſt calendarum vitulum de armento immaculatum &c. Quibus habitis hæc duo eliciuntur, primum calendas in ſacris tangi literis: ſecundum id prorſus ſignificare quod & Neomenia. Nam Hadeſc ſuperius pro Neomenia interpetratum eſt, nunc pro calendis: igitur vtraſq; idem eſſe manifeſtum eſt. Verum ex ipſarum ratione magis demon-

Varro. ſtrabitur intentum. Proprium calendarum vocabulum Varro cõple-

Nonius. xus eſt in de vita populi Romani lib. 1. Quod & confirmat Nonius á Græcis deſumptum; calendæ enim ἀπὸ τὸ καλῶ, quod eſt voco (vt docẽt

Nomen calẽdarũ a Græcis deſumptũ. Ratio Trebellij de calendarum nomine. lexycon grçcum, & Dictionarium). Nam Græci καλεῖν vocare dixerũt: cuius rei reddit cauſam Theodoſius Trebellius Foroiulienſis in promptuario linguæ Latinæ. Pontifex enim minor nouæ Lunæ primum obſeruabat aſpectum, viſumq; Regi nunciabat: Rex cum Pontifice ſacrificium offerebat; quo completo Pontifex capitolium aſcendens, calata, ideſt plebe vocata; quot numero dies á calendis ad nonas ſupereſſent pronunciabat.

Catholicon. Catholicon verò præter aliam, quam affert rationem: calendas inquit primum diem menſis eſſe. Quandoquidẽ mos

Mos Romanorum in calendis. Romanis erat eo die Pontificem turrim aſcendere, nunciáſq; Lunam, quota eſſet, pluries καλῶ καλῶ, quaſi voco vos: venite, audite ætatem Lunæ, vel principium menſis dicebat; ob id dies ille menſis, calendæ appellatus eſt, quaſi vocatio. Huic ferè omnes authores aſſentiunt, præſertim Iuba in hiſtoria, ſcribens magiſtratus calendis populũ vocare, & in quartam diem nonas indicere ſolitos eſſe. Idus enim diem tanquàm religioſum obſeruabant. Quæ etſi benè dicta videantur, profundius tamen perſcrutanda eſt calendarum ratio. Quam ſemper optimam

Propria calẽdarum ſignificatio. inuenerimus, ſi calendas Lunæ occultationem, cum ſcilicet nõ apparet: dixerimus. Nam quicquid occultè fit, clam fieri, & cælari: latinè dicitur.

Tres Lunæ phaſes obſeruabant antiqui. Antiqui enim tres omninò ſingulis mẽſibus Lunæ Phaſes fieri animaduertebant (quamuis, & hic modus non ſit certiſſimus). Primam cum Soli ingreſſa penitus occultatur, ſecundam cum Solis radios elapſa ab occidẽte incipit apparere: Poſtremum cum ſolaribus radiis illuſtrata plenilunium efficit. Primam calendas appellare placitum fuit, ſecundam nonas: tertiam propter ſpeciem & vndiq; collucentis Lunæ pulchritudinem, Idus. Calendæ ergo cum nouam ſignificent Lunam, idem erunt prorſus calendæ, Neomenia, & nouilunium. Sed doctorum auctoritatibus clarius demonſtretur intentum.

D. Hieronymus. Et in primis afferatur D. Hieronymi teſtimoniũ (cui Eccleſia multum

Ezechiel. debet) ſuper Ezech. 46. lib. 14. ſuper illud, die Sabbati aperietur; ſed in die calendarum aperietur, & rurſum: completis diebus triginta, quando alterius menſis finis, & alterius exordium eſt; inquit: Ideſt Neomenia, die videlicet calendarum aperietur. Et paulo inferius calen-

lendarum autem. Hoc eſt die triceſimo; (ſumit enim finem præteriti menſis, & primum ſequentis). Et ſuper cap. 45. eiuſdem libri, quaſi in medio commentarij, tam videlicet in calendis, ideſt in Neomenijs. Et ſuper Eſa. cap. 1. inquit idem D. Hieronymus. Iniqui ſunt cętus veſtri, calēdas veſtras, & ſolemnitates veſtras odiuit anima mea. Quod ſeptuaginta interpretes ſic verterunt; ieiunium, & ocium, & Neomenias, & feſtiuitates veſtras: odio habet anima mea. Hebræi verò ſic dicunt. און ועצרה חדשכם ומועדיכם שנאה נפשי Auen vahazadah hadſcechem vmohadechem ſaueah naphſci, quod idiomate Latino ſic interpretatur. Afflictionem, conuocationemq́;, Neomenias, veſtras, & ſolemnitates veſtras odit anima mea. Beda venerabilis in Samuelem cap. 7. lib. 3. iuxta verò Bibliæ diſtinctionem cap. 20. inquit ſuper illud: Dixitq́; ad eum Ionathas, cras calendæ ſunt, & requireris, calendas ſcriptura ſancta non diſparia illa mēſium initia, quæ annua duodecim habent Romani: ſed nouilunia quæ à Græcis νεομηνίαν, vocantur, ſignificat. Vbi Nicolaus Lyranus dicit, ecce calendæ, ideſt feſtum Neomeniæ. Et paulò inferius ſuper hoc gloſſa interlinearis dicit: tribus enim diebus feſtiuitatem Neomeniæ agebant. Item in Eſdram lib. 1. cap. 3. ſuper illud. Et poſt hæc holocauſtum iuge tam in calendis &c. inquit. Vnde pro calendis melius Græci Neomenias, hoc eſt nouilunia nuncupant. Quo in loco Nicolaus de Lyra ait, tam in calendis, ideſt in Neomeniis: Et gloſſa ordinaria ſuper idem explicat; vnde pro calendis, Græci melius Neomenias: ideſt nouilunia vocant. Rurſus ſuper illud Num. 28. in calendis autem &c. inquit, hoc eſt in Neomeniis, Quo in loco Hugo Cardinalis explicat, agit hic de ſecundo feſto, ideſt de Neomenia: & paulò inferius. Diem nouæ Lunæ Neomeniam vocant, & calendas legales: Hoc idem aſſerit Num. 29. calendarum, ideſt Neomeniæ. Adamus inſuper Sasbouth Delphus, Theologus doctiſſimus in Eſaiæ commentariis cap. 1. ſuper illud, calendas veſtras &c. inquit, quod hoc in loco interpres noſter vertit calēdas, ſuperius Neomeniam tranſtulit, eſtq́; eadem vox vtrobiq́; apud Hebræos nempè chodſcechem. Vbi Leoncaſtrus dicit; quod Hebraicè legitur quodes, quæ vox Latinè ſonat Neomenia, calendæ, ſeu nouilunium. Et inferius idem ſignificant calendæ, Neomenia, & nouilunium. Et Franciſcus Forrerius Vlyſſiponenſis etiam ſuper illud Eſa. cap. 1. calēdas, inquit; idem nomen eſt Hebræis, quod verſiculo ſuperiori vulgus dicit Neomenias. Gloſſa ordinaria, Hugo Cardinalis, & Nicolaus Lyranus, omnes ſimul ſuper Ezech. 45. & 46. vbi fit mentio calendarum omnes, (inquam) exponunt calendarum; ideſt Neomeniarum. Vnde quod alij in ſacra Scriptura verterunt Neomenias, ſiue calendas, Sanctes Pagninus vertit ſemper calendas: præterquàm 1. Machab. 10. cap. Vbi vertit Neomenias, per hoc innuens calendas idem prorſus ſignificare,

Eſaias.
D. Hieronymus.
Septuaginta interpretes.
Hebraica traductio.
Beda.
Lyranus.
Gloſſa interlinearis.
Eſdras.
Lyranus.
Gloſſa ordinaria.
Numeri.
Hugo Cardinalis.
Adamus Saſbouth.
Leon Caſtr.
Franciſcus Forrerius.
Gloſſa ordinaria.
Hugo Card.
Lyranus.
Sāctis Pagnini verſio.
Machabæi.

C quod

quod & Neomenias, & nihil redundare, ſicuti de facto nihil redundãt, vt iam vidimus. Cum igitur Neomenia nouam Lunam denotet: calendæ quoque nouam Lunam deſignabunt.

De calendis, & Neomenÿs, quæ ſignificant principium menſis, menſem ipſum, anniq; exordium. Cap. VII.

NEOMENIAS idem eſſe, quòd & calendæ, idemq; ſignificare: tum ex nominis interpretatione, tum ex ratione ipſarum, tum quoq; ex doctorum teſtimoniis; cum iam oſtenſum fuerit: remanet etiam nunc oſtendendum apud ſacras literas, ipſum etiã nomen principium menſis, imò menſem ipſum: & ex conſequenti anni exordium denotare: idq; vt

Geneſis. ſequentia clariora reddãtur. Eſt igitur auctoritas Moyſi Gen. 7. Anno ſexcenteſimo vitæ Noè bachodeſc, Haſceni. Hoc eſt in menſe ſecundo decima ſeptima die lachodeſc, ideſt menſis. Et Gen. 8. ותנה התנה

Nomen menſis apud Hebræos. בחדש השניעי בשבעה עשר יום לחדם על ארי אררט Vathaneh Hathenah Vachodeſc haſceuihi beſcibehah, haſar iom lachodeſc hal hare ararath. Hoc eſt requieuit arca menſe ſeptimo, viceſimo ſeptimo die menſis ſuper montes Armeniæ. Et ſtatim. Vehammaim haiu haloch vehaſor had hachodeſc naaſiri haaſiri beechad lachodeſc nireu raſce heharim, ideſt. At verò aquæ ibant, & decreſcebant vſq; ad decimum menſem. In decimo vero prima die menſis apparuerunt cacumina montium. Adſunt verò aliæ auctoritates, menſium nomina tangentes, quæ explicantur, vt ſupra. Vt autem nullibi deeſſe videamur, & cæterorum Moyſi librorum auctoritates adducere recte cenſemus. Et primo illud

Exodus. Exod. 12. Hachodeſc hareh, hoc eſt, Menſis iſte vobis principium, aut caput cadaſſin, ideſt menſiũ, primus erit vobis lecadeſci, ideſt in menſibus anni. Et 40. locutus eſt Dominus ad Moyſen dicens. Beiom hachodeſc hariſon beechad lachodeſc takim, el miſcham ohel moed. Ideſt primo menſe prima die menſis eriges tabernaculum teſtimonij, ſiue iuxta Hebræorum interpretationem habitationem tabernaculi,

Hebræa interpretatio. Numeri. aliquorum dico non omnium. Et Num. 1. Vaiedaber, iehouah, el moſeh, bemidbad, ſinai, beohel, moed, beechad, lachodeſc, haſceni. Hoc eſt. Locutuſq; eſt Dominus ad Moyſen in deſerto Sinai, in tabernaculo fœderis prima die menſis ſecundi. Et paulò inferius. Hichehilu beechad lachodeſc haſceni, ideſt & cõgregarunt prima die menſis ſecũdi, & 29. Vbachodeſc, hasbihi beechad lachodeſc mikera, kodeſc iheieh. Hoc eſt menſis quoq; ſeptimi, prima die menſis venerabilis, & ſancta

Deuteronomium. vobis erit. Et primo Deutoronomij. עשר חדש באחד לחדש Aſar, chodeſc, beechad lachodeſc. ideſt vndecimo menſe prima die menſis. Et

Oſeæ

Oſeæ primo. Nunc deuorabit eos. חדש, ideſt menſis; ſeu, nũc comedet (vt vertit Sanctes Pagninus.) Et Iob 44. numerus חדשה, ideſt, mẽſium eius apud te eſt, Et Eſa. 47. qui ſupputabant, lechadaſſin, ideſt menſes. Et Ezech. 47. Et deficiet fructus eius per ſingulos lecadaſſah, ideſt menſes. Sicq́; hoc nomen, & menſem denotans, & menſis principium, ſæpiſſimè in ſacra Scriptura inuenies. Ita vt ſi recenſere voluiſſemus, oportuiſſet librum ediſſe ſpecialem; ſunt enim trecentum auctoritates, & amplius. Verum diligenter animaduertendum eſt, nomine menſis, non ſolum in ſacris literis accipi chodes, verumetiam Ierah, quod ſupra, per Iareach Lunam appellari probauimus, eo quod Luna ſingulis innouetur menſibus, prout eſt illud Deutoronomij 21. flebit Patrem, & matrem ſuam vno ירח Ierah, ideſt menſe: Sanctes Pagninus vertit menſem dierum ירח ימים Ierah iamim. Et 3. Reg. 6. anno 4. fundata eſt domus Domini beierah. Hoc eſt in menſe Zio; & ſtatim; & in anno vndecimo ירח Ierah, hoc eſt menſe Bul. Et Exo. 2. Et videns eum elegantem abſcondit tribus Ierahim, hoc eſt menſibus. Sunt etiam aliæ auctoritates huiuſmodi nomen dicentes, prout eſt illa 4. Reg. cap. 15. Iob 7. & 28. &c. His igitur explicatis manifeſtũ erit hanc ob cauſam menſem, principiumq́; menſis chodes dici, quo nomine in præcedentibus nouam Lunam denotari explicatum eſt: quia Hebræi menſes obſeruant lunares, menſisq́; principiũ à nouæ Lunæ exordio inchoant, ac conſequenter anni initium. Si enim chodes Neomeniam, & calendas ſignificat; Neomenia autem & calendæ idem ſint: vtrumq́; verò nouam Lunam denotet, initium quoque menſis à noua Luna exordiri, quis chodes apud Hebræos, & nouam Lunam, & principium menſis non dicere ambiget? Hoc iam à ſacra Biblia explicatũ habemus, dum Num. 28. inquit in calendis autem &c. ipſamet declarat, ideſt in menſium exordiis. Et ibidem iuxta Sanctis Pagnini verſionem habetur, in capitibus menſium. Et illud Num. 10. Siquãdo habebitis epulum, & dies feſtos, & calendas, loco ly calendas vertitur etiam ab eodem in capitibus menſium veſtrorum, ideſt in principiis. Et Num. 29. illud ſcilicet præter holocauſtum calendarum: Sanctes Pagninus vertit, præter holocauſtum menſis. Multa ſimiliter adſunt auctoritates, quæ loco calendarum, ſeu Neomeniarum per menſium capita, ſeu per menſem ipſum elucidantur. Resq́; profecto veritati conſona eſt. Nos enim menſis principium calendas dicimus, maioremq́; ipſius partem per calendas ſumimus. Græci tamen Neomeniam vocant cum calendis careant, eſt enim adagium illud: Ad calendas græcas, hoc eſt nunquàm; Hebræi verò chodes quod, & calendas, & Neomenias, & principium menſis, & menſem ipſum denotat.

Oſeas.

Iob.

Eſaias.

Ezechiel.

Aliud menſis nomen apud Hebræos.

Deutoronomium.

Sanctes Pagninus.

Exodus.

Iob.

Hebræi quos menſes obſeruant, & vnde principiũ ei[9].

Numeri.

Sãctis Pagni ni verſio.

Menſis initiũ apud Latinos apud Græcos, & apud Hebræos quomodo vocatur.

Confirmatio dictorum per doctorum auctoritates. *Cap. VIII.*

INCLYTAM Neomeniarum rationem Doctorum ſententijs fulciri opus eſt, & oſtẽdere Neomenias, calendasq́; principium menſis denotare, & menſem ipſum, & primo eſt ſententia Hieronymi ſuper Eſa. cap. 66. lib. 18. ſuper illud, & erit menſis ex menſe. Inquit hic Doctor, & mẽſis ſpiritualis quando à puncto vſq; ad punctum Luna complebitur, & ſuo curret ordine, vt efficiat menſem, ideſt calendas: quæ græcè appellantur νεομηνίαι hoc eſt menſis noui exordium. Nicolaus de Lyra ſuper illud Eſdiæ 1. cap. 3. tam in calendis &c. ait, ideſt in Neomeniis, quæ celebrantur in principiis menſium. Vbi gloſſa ordinaria idem dicit: In calendis, ideſt, in initiis mẽſium. Et paulò inferius. Deus omnes calendas, ideſt exordia menſium celebrari præcepit. Vnde canite in initio menſis tuba in inſigni die ſolemnitatis veſtræ; vbi loco ly in initio menſis, vulgata editio habet Neomenia. Pſal. 80. quem Pſalmi locum Petrus Lombardus explicat in Neomenia, hoc eſt in initio menſis tuba. Caſſiodorus quoque Neomeniam menſis initium dicit. Hugo in Neomenia in initio menſis docet. Hieronymus Oleaſter Luſitanus ordinis Prædicatorum hæreticæ prauitatis Inquiſitor apud Olyſſiponem in pentateuchum Moyſi ſuper illud Exod. 12. mẽſis iſte vobis &c. ait, in decimo huius menſis, ideſt à nouilunio, in quo erat menſis initium. Et Num. 28. ſuper illud in capitibus menſium veſtrorum iuxta Sanctis Pagnini verſionem ſic docet. Vocat capita menſiũ initia menſium. Similiter Cirillus in Euangelio Ioan. cap. 28. lib. 4. ſuper illud Exod. 40. loquutusq; eſt Dominus ad Moyſen dicẽs, menſe primo prima die menſis eriges tabernaculum: pro prima die menſis habet Neomenia, innuens Neomeniam primum menſis diem ſignificare. Franciſcus Forrerius Vlyſſiponenſis ſuper illud Eſa. cap. 1. calendas &c. inquit. Eſt autem Græcis Neomenia, Latinis nouilunium: ideſt primus dies Lunæ, ac proindè menſis, quem antiqui dixere calendas, ſumiturq́; Hebræis pro ipſo feſto quod primis diebus menſium celebratur; & eodem nomine feſtum ipſum, & primum diem menſis, ipſumq́; menſem appellant. Quem locum Leon Caſtrus eodem modo dilucidat dicens. Scias quod D. Hieronymus, & ſeptuaginta, vertere Neomenias veſtras, & Sabbata: Hebraicè quoque poſſe reddi menſem veſtrum, & Sabbatum, & diem magnum non feram; quod Hebraicè legitur quodes, quæ vox Latinè ſonat, Neomenia, calendæ, ſeu nouilunium: quibus nominibus primus dies menſis ſignificat. Et vltimo. Itaque hoc loco Neomenias, ideſt primum diem menſis, & primum diem anni, inter-

D. Hieronymus.

Calẽdę apud Græcos.

Lyranus.

Gloſſa ordinaria.

Petrus Lombardus.

Caſſiodorus.

Hugo.

Hieronymus Oleaſter.

Cirillus.

Franciſcus Forrerius.

Quid Græcis Latinis, & Hebræis calendæ denotant.

Leon Caſtr.

D. Hieronymus.

Septuaginta interpretes.

terpretabimur : & primum menſem anni ; nam paulò poſt ſequitur Neomenia, aut calendæ. Cui pulchrè arridet Hieronymus Oleaſter num.28. ſuper illud calendas &c.explicatum à Sancte Pagnino capita menſium, explicans Hebraicæ capita menſium per chodes, id eſt menſis : à chadas, quod eſt innouare quaſi innouatio, quoniam quolibet menſe Luna innouatur. Amplius Hector Pinctus eodem loco explicat Neomeniam per feſtum, quod Iudæi celebrabant à principio menſis, vel in nouilunio, docens apud Iudæos idem ſignificare. Et in annotationibus ſuper Eſa. explicãs nomen illud Neomeniam, ait hoc nomen pro menſe, pro principio menſis, ſiue pro nouilunio accipi. D. Ambroſius ſuper Apoſtolũ ad Coloſſ.2.ſuper illud. Nemo ergo vos iudicet &c. docet ſic. Solent iterum reprehendere nos, quia dies feſtos eorũ ſpernimus, aut quia initia menſium non obſeruamus; quæ Neomenias vocant (loquitur iſte Sanctus contra hæreticos, & Iudæos.) Idem Caietanus. Aut in partitione diei feſti, aut non feſti, tam in diebus quàm in menſibus, quam in Sabbatis : erant feſti aliqui dies, erant & principia ſingulorum menſium feſtiua. Lyranus ſuper illud Eccleſiaſtici 43. Lunam eſſe ſignum diei feſti in omnibus &c. exponit, ideſt feſti Neomeniæ, quod celebrari debet apud Hebræos in principio cuiuslibet menſis. Confirmat inſuper Theodoretus Neomeniam menſem ſignificare, ſicq; calendas à Lunæ nomine quæ Græcè μήνη dicitur, μὴν, verò menſis appellatur. Id autem trahit ex eo robur : quod ſic inuenies in Dictionario Græco: in Dictionario Heſychij Grecè conſcripto: in Dictionario Conſtantini Laſcaris : in Dictionario Ioannis Caſtroni Placentini Carmelitæ:in Dictionario Suidæ Græco: & in primo tomo Iſagogæ linguæ Græcæ Sanctis Pagnini : Qui omnes μήνη, per Lunam explicant, μὴν, per mẽſem. Vnde Menas inquit D. Ambroſius epiſtola 83. Græci dicunt menſes ; quod & confirmant Iunianus Maius Neapolitanus inde Priſcorum proprietate verborũ, & Ioannes Tortellius Aretinus de ortographia. Sed hoc illuſtre mihi fecit Marcus Antonius Marſilius Columna Bononiẽſis Archiepiſcopus Salernitanus Illuſtriſſimus, ac variarum rerum doctiſſimus, qui in ſectione ſecunda ſuæ hydragiologiæ cap.3.nu.30.dum docẽs Lunam quæ ſingulis quibusq; innouatur mẽſibus nuncupari Iareach;explicuit,ideſt mẽſis grauiditas.

Hieronymus Oleaſter. Sanctis Pagnini explicatio. Hector Pinctus. D. Ambroſ. Caietanus. Initia menſiũ feſtiua. Theodoretus. Dictionariũ Græcum. Heſychius. Conſtantin. Laſcaris. Io. Caſtron. Suidas. Sanctes Pagninus. D. Ambroſi. Iunianus Maius. Io. Tortellius. Marc. Anton. Marſilius.

Menſes apud Hebræos à Lunæ ortu principium habent. Cap. IX.

VERITAS tamen horum ex eo dependere videbitur, ſiquis apud Hebræos menſes à Lunæ ortu, progreſſu,& interitu incipi,& terminari meminerit : à noua enim Luna menſes dicendos arbitrati ſunt,cum ipſa menſibus det nomen. Vnde Ieſus Syrach filius 43.cap. libri ſui de Luna ait, Menſis ſecundum nomen

Menſiũ principia. Ieſus Syrach.

men eſt eius. Quo in loco Gloſſa ordinaria explicat, quod in eo quod dicit Lunam oſtenſionem temporis, & ſignum cæli, & diei feſti: ſignificat, quia ipſa menſtruis defectibus per Zodiacum ambulans, annorum ſeriem, mundiq; ætatem demonſtrat: quia temporis computum, annique tranſitum, iuxta Lunæ curſum metiebantur Hebræi. Qui primum quo exierunt de Aegypto, ſolemnitatem Paſchæ celebrauerunt, ſingulorumque Neomenias menſium honorauerunt. Et paulò poſt, menſisque à menſura, vel à Luna, (quæ Græcè dicitur mene) apud Latinos appellatur, quia menſes iuxta Lunæ curſum computabant. Lyranus quoque ſuper illud ſignum eui, &c. aſſerit quod per Lunæ motum numerantur menſes apud Hebræos. Vnde D. Hieronymus in Eſaiæ com. cap. 66. lib. 18. poſtquam dixit calendas appellari Neomenias, hoc eſt menſis noui exordium, ſequitur: apud Hebræos initium calendarum non iuxta Solis curſum, & diuerſa menſiũ ſpatia, ſed iuxta Lunæ circumitum incipere & finiri. Et in Amos cap. 4. lib. 2. tom. 6. Lunam aſſerit circa vtramq; linguam Hebræam ſcilicet, & græcam ex ſuo nomine menſibus nomen dediſſe. Et D. Auguſtinus illud Pſalmi 80. buccinate in Neomenia tuba, ſic verit. Tuba canite in initio menſis: in comentariis verò ita exponit, initium menſis noua Luna eſt, & in epiſtola 119. ad Ianuarium de ritibus Eccleſię tom. 2. cap. 3. & 13. pro diebus celebrationis Paſchæ, dies Lunæ nominat, præſertim cap. 5. Vbi dicit, Chriſtum, tranſitum illud ideſt Paſcha: à quartadecima Luna voluiſſe obſeruare. Idem docet Ambroſius in epiſt. 83. allegans illud Exod. 12. Leuit. 23. & num. 28. ſcilicet, & facies Paſcha Domino Deo tuo quartadecima die primi menſis; diẽ pro Luna, naturalemq; vſum exterarum nationum, Lunam pro diebus appellare ſcribit, idq; per totam ferè epiſtolam narrat; præſertim addit, peritiſſimos etiam ſecundum legem lunari curſu menſem computare, & ſuper epiſt. ad Gal. cap. 4. tom. 5. ſuper illud, dies obſeruatis, & tempora, inquit, diem Sol facit, menſes curſus Lunæ. Et lib. 4. Hexameron cap. 5. tom. 4. Lunam conſumare annum ſecũdum Hebræos recitat. Inſuper Rupertus Abbas vetuſtiſſimus interpres, ſuper Gen. 8. docet homines tempore Noè, menſes computaſſe ſecundum Lunam. Et in Oſeę Prophetæ cap. 5. lib. 2. inquit ſolum menſem lunarem nouerant ex lege Hebræi. Similiter & Caietanus ſuper Gen. 8. Hebræos à lunatione menſes ſumere exiſtimat. Strabus quoque ſuper idem capitulum: ſuper illud, menſe ſecundo ſeptima & viceſima die menſis, iuxta aliquorum trãſlationem, quando Noè ingreſſus eſt Arcam: decimam ſeptimam Lunam, vel decimam ſeptimam diem menſis fuiſſe, ſentire videtur. Ideo poſt annũ, vndecim additis: fuit viceſima ſeptima dies, & viceſima ſeptima Luna. Et ſuper hoc Lyranus, & Hugo idem ſentiũt, nempè Iudæos pro menſibus Lunationes facere. Alphõ-

ſus

Luna oſtẽdit tempus, & diẽ feſtum.
Luna quid p motũ demonſtrat.
Iudæi primi fuerunt, qui paſcha celebrauerunt, & Neomenias.
Menſis ethimologia.
Lyranus.
D. Hieronymus.
Calendarum initium apud Hebræos iuxta Lunæ motum erãt non Solis.
Amos.
Luna mẽſib' dedit nomen.
D. Auguſt.
Chriſtus Paſcha Iudæorum à XIIII Luna obſeruauit.
D. Ambroſ'.
Dies pro Luna, Lunã pro diebus accipi: antiquis conſuetum eſt.
Solis, & Lunæ curſus q̃d efficiunt.
Rupertus Abbas.
Menſes tempore Noemi quomodo cõputabantur.
Caietanus.
Strabus.
Lyranus.
Hugo.
Alph. Toſt.

ſus quoque Toſtatus Epiſcopus Abulenſis eodem loco in reſponſione ad octauam quæſtionem, Iudæos computare annos nõ per menſes noſtros, ſed per lunationes tradit: ita vt vna lunatio menſi correſpõdeat duodecim verò anno, & ſic computauit hic Moyſes. Et in quæſtione ſecunda ſuperius, expreſſe huiuſmodi computationem fundari ſuper hoc docet, quod menſes illi eſſent lunares, qualibus Moyſes in lege vſus eſt. Caietanus ſuper illud Exo. 12. Menſis ſcilicet iſte vobis: de menſe lunari eſſe Sermonem dicit, menſesq; eſſe lunationes. Idem Lyranus ſuper eundem locum: & Hugo Cardinalis ſentiunt. Idem Hieronymus Oleaſter arbitratur, dicens Iudæos menſes ſuos per lunationes ſupputare: primamq̃, à prima oppoſitione Lunæ ad Solem in ſignum Arietis incipere, ita ꝙ prima Lunæ oppoſitio ad Solem in Ariete, eſt prima lunatio: & prima dies menſis primi apud Iudæos. Sed id quod addidit ſcilicet, & prima dies menſis primi magnam ingerit in huius negotio difficultatem. Quandoquidem dicens quod prima lunatio ſit oppoſitio Lunæ ad Solem, vel (vt verbis propriis vtar) Prima oppoſitio Lunæ ad Solem in Ariete ingreſſum, ſit prima lunatio; & prima dies menſis apud Iudæos, deſtruit fundamentum: Hebræos ſcilicet à Lunæ nouitate incipere primã diem menſis. Si enim oppoſitio eſt prima dies menſis, non erit Lunæ coniunctio, opponitur enim altera alteri (vt manifeſtum eſt etiam bubulcis) cum in oppoſitione plena ſit lumine, totamq; medietatem illuminatam nobis obuertat, in coniunctione totum oppoſitum accidat. Verùm cum id ne dum contra Patrum explicationes, Hebræorumq; vſum militet, ſed contra ipſummet, qui paulò inferius ſentit Hebræos primam diem primi menſis prophani, & conſequẽter anni exordiri in nouitate Lunæ propinquiori æquinoctio æſtiuo: primam verò diem primi menſis ſacri, & conſequenter anni initium ſumere in Lunæ incenſione viciniori æquinoctio verno: Et 28. numerorum ſuper illud in capitibus menſium, dicit Iudæos menſes à Luna obſeruare, primamq; Lunam eſſe primum diem menſis: non eſt putandum, quod vir iſte Doctiſſimus in re tam manifeſtà defecerit, ac in ea re ſit lapſus, quæ & manifeſtam continet falſitatem, & apertam contradictionem. Sed ſatisfaciendum eſt, dicendo quod, ly, & prima dies menſis non eſt conſequens primam lunationẽ, ſed primæ oppoſitionis eſt coniunctiua, ita quod ſenſus erit, quod prima Lunæ ad Solem oppoſitio, & prima dies mẽſis primi apud Iudæos, eſt prima lunatio; ſcilicet, prima dies primi menſis, ac eiuſdem oppoſitio eſt prima lunatio, ita vt prima lunatio incipiat à primo die primi menſis, mediet in oppoſitione: deinde finiatur donec iterum incẽdatur: hæcq; eſt tota vna lunatio. At reuertãmur ad Doctorum auctoritates, quæ rei maximè conducunt. Et prima ſit Bedæ Venerabilis, qui in Eſdram lib. 1. cap. 3. ſuper illud. Et poſt hæc holocauſtum iuge

Annos quomodo computabit Hebræi. Caietanus. Lyranus. Hugo Card. Hieronymus ab Oleaſtro. Prima Iudæorum lunatio, vnde, & vbi incipit. Dubium. Luna in oppoſitione, & coniunctione quid habet. Initium primi mẽſis prophani, & ſacri apud Hebræos. Dubij ſolutio Quid lunatio prima. Beda.

ge tam in calendis quàm in vniuerſis ſolemnitatibus Domini, &c. inquit, Holocauſtum iuge dicit, quod mane,& veſpere offerebatur: calendas autem vocat initia menſium. ideſt ortum Lunæ naſcētis, à quo ſemper Hebræi menſes incipiebant; vtpotè nullis exceptis lunaribus habentes. D. Thomas etiam ſuper illud Apoſt. ad Colloſſ. 2. Nemo ergo vos iudicet &c. inquit Neomeniæ, ideſt feſti nouæ Lunæ: Iudæi enim obſeruant tempora à Luna. Similiter Hector Pinctus in Eſaiam cap. 1. in ſuis commentariis explicat, Lunis pro menſibus Iudæos vti; & in annotationibus; apud Hebræos per Lunas menſes numerari, & in nouilunio menſes incipere. Cui aſſentit Auguſtinus Steuchus Eugubinus Canonicus Regularis Sancti Auguſtini, ordinis Sancti Saluatoris, in recognitionem veteris Teſtamenti, dilucidans illud numerorum cap. 28. ſcilicet in calendis autem: per Neomenias, & nouilunia aſſignat rationem, Iudæos ſcilicet ad Lunæ exortum menſes obſeruare. Idem ſentit Carolus Sigonius lib. 3. de Republica Hebræorū cap. 1. & 2. aſſerens, quod Iudæi menſes ſemper à noua Luna exorſi fuerint, & cap. 4. dicit, Iudæos dies vocare Lunas. Amplius Philo Iudæus lib. 3. de vita Moyſis, eius menſis hoc eſt Martij: die quartadecima ſecundum ipſum, quo Luna ſecundum orbem ſolet complere lumine, celebrari migrationis publicam feſtiuitatem ſcribit. Ecquis non videt, quod ſi dies quartadecima menſis, quo Luna radiis Solis plenè illuſtratur, phaſe celebrari manifeſtum eſt, diem menſis pro Lunæ die accipi; diemq; Lunæ pro die menſis? fauet equidem huic ſententiæ illud primi tertij Eſdræ; nempè, & fecit Ioſias Paſcha in Hieroſolymis Domino, & immolauit phaſe quartadecima Luna primi menſis, quod alia translatio habet quartadecima die primi menſis: & verè ſic eſt. Habebant enim Iudæi in legitimis ſuis lunationes pro menſibus nouiluniiq; diem, principium menſis menſemq; ipſum חדש, chodes, quod nomen Neomeniam, & calendas maiores noſtri verterunt, appellabant. Quemadmodum hiſce temporibus mēſium initia calendas cum Romanis nos Latini ſcribimus. Vnde ſicuti nos à calendis, Ægyptij à quarto calendarum Septembrium, vſq; in nouem calendarum earundem, in triginta diebus ſuos menſes diuidentes, reſiduos quinq; dies intercalares nuncupabant: ita Hebræis à nouiluniis menſium principia, ipſoſq; alios in viginti nouem: alios in triginta metientes capiebant. Sed de his inferius. Quapropter quotiens in ſacra Scriptura, ſiue in lege, ſiue ante legem, quota die menſis quid factū, dictumvè ſit, ſeu quid faciendum, dicendumvè, indicatur: non aliud quàm Lunæ ætas oſtenditur, à qua ſemper Hebræi à quibus credita ſunt Dei eloquia, antiquo Patrum more menſes vſq; nunc obſeruare non ceſſant: velut antiqui ſuos menſes, non à Solis, ſed etiam à Lunæ progreſſu cōputare ſolebant: ſimiliter quota die Lunæ in ſacris literis aliquid fuiſſe

Iuge holocauſtum quid.

Hector Pinct. Lunis pro mēſibus vtuntur Iudæi.

Auguſtinus Steuchus.

Carolus Sigonius.

Philo Iudæus. Paſchæ celebratio.

Eſdras.

Dies nouilunij apud Hebræos principium menſis erat.

Menſium diuiſio apud Hebræos quæ? Mēſis dies Lunæ dies ſignificant & è cōuerſo.

fuiſſe demonſtratur, menſis dies intelligi neceſſum eſt. Nec id meum inuentum aliquis eſſe credat, cum ſcripturæ traditio, Patrum explicatio, ipſorumq; Hebræorum hodierna obſeruatio plenam faciunt fidẽ, ac ſcrupulos omnes eximant.

De vſu, & Neomeniarum origine. Cap. X.

SANE fauente Deo Neomeniarum quidditatẽ, & appellationẽ iuxta Scripturæ teſtimonia, patrũ auctoritates, ipſarumq; rationẽ abſoluiſſe credimus; remanet nunc ipſarum vſum, & originem inueſtigare. Quod quamuis ex præcedẽtibus iãm notũ ſit, nihiloſecius ab Hebręis proculdubio emanaſſe fatendũ eſt. Moſes enim Iudaicę cõditor legis, ex Dei præcepto feſtos dies omnes à Neomeniis, & equinoctiis conſtituit; & ipſorum aliqui minus ſolemnes erant, quibus ſeruilę opus exercere conceſſum fuerat mane, & veſpere ſacrificio conſumpto: inter quos ſingula menſium capita, quæ Neomeniæ dicuntur, & calendæ exiſtebant. Hi autem profeſti dies hanc ob cauſam in ſingulis menſium exordiis iterabãtur: quo diuinę gubernationis beneficium plebs Hebræa agnoſceret, illudq; in perpetuas æternitates memoriæ mandaret. Fauet his dictis caput 18. num. in quo holocauſtum Domino offerendum deſcribitur, duo ſcilicet vituli de armento, Aries vnus, agni anniculi ſeptem immaculati, & tres decimæ ſimilæ oleo cõſperſæ per ſingulos Arietes, & decima decimæ ſimilæ &c. Verum inter ipſa menſium capita, feſtus dies celeberrimus eſt in quo opus exercere nefas erat, & à Domino prohibitum: nempè mẽſis ſeptimi prima die mẽſis, in qua tubis ſolemnizabant Iudæi in memoriã redemptionis Iſaac ab immolatione, oblato pro eo Ariete cornibus hærẽte vepribus: prout in Gen. 22. cap. legitur; de quo apud Leuiticum caput 23. & Num. 29. videnda ſunt. Ioſephus etiam de bello Iudaico, & Philo ambo Iudæi in lib. de ſacrificiis ex quibus Hebræos vti Neomeniis elicitur id edocent, ipſaſq; ab ipſiſmet Iudæis originem trahere, etſi etiam pleriq; antiquorum id obſeruarunt. Verum de hoc inferius, cum de Anni menſiumq; ratione agetur: paulò fuſius pertractabimus.

Neomeniarũ vſus, & origo.

Cur Neomeniarũ feſta in ſingulis menſium exordiis iterabantur.

Numeri.

Holocauſtũ Neomeniarũ.

Inter Neomeniarum feſta vſuũ erat celeberrimum.

Ioſephus Iudæus Philo.

De Neomeniarum auctore. Cap. XI.

APPELLATIONE Neomeniarum explicata, ſimul & origine, vſu & quidditate: reliquum eſt indagare, quis proprius earum auctor extiterit. Et quamuis ego nunquam Hebræus fuerim, nec Salomonis tẽpore vixerim, quo huius rei teſtis meritò eſſe deberem: nihiloſecius & maiorum teſtimonia, & Hebræorum hodierni tẽporis confeſſio, Neo-

Neomeniarũ auctor Salomon.

meniarum harum rationem primum Iſraelitici generis in lucem extuliſſe Salomonem Regem ſapientiſſimum edocent: Habui enim Salomonis tabulam cum ipſius Regis inſcriptione ad inueniendum nouæ Lunæ coitum, quam inferius ſubiiciemus; idq; cum à Sacerdote quodam, & Rabbi Hebræo Mediolani quærerẽ, cuius nomen Vitalis erat

Vitalis Hebræus.

(quem neſcio ſi adhuc viuat) hominem annorum ſexaginta ferè: confirmauit verum eſſe, quod quærebam; etſi non apud Iudæos omnes huius temporis perſeueret obſeruatio hæc: dum alij luminarium coitiones aſtronomica ſupputatione (vt in diarijs habetur) inſpiciunt; alij epacta, alij verò tabula Salomonis. Sed ſi tabulæ inſcriptio, Hebræorumq; aſſertio efficaciter non concluderet, vel potius eſſet figmentum: quod inconueniens emergeret, huiuſmodi tabulam eſſe Salomonis; cũ Salomon ipſe ſapientiam omnium à Domino habere meruerit? ita, vt ſapientiam eius ſapientiam omnium orientalium, & Aegyptiorum præcedere, ſacra teſtatur Scriptura: cunctisq; etiam hominibus ſapientiorem. Sapientiorem Ethan Ezarithe Pſalmi 88. auctore, & Heman, de quo videndi ſunt Doctores ſuper Pſalmum 87. ambobus Leuitis cantoribus iuxta eorum Hebræorum traditiones, Lyrano ſic teſtante ſuper Pſal. 87. & 3. Reg. 4. & primo Paralipomenon 2. vel à tribu Iudæ deſcendentibus. Sapientiorem Chalcol, & Dorda omnibus filiis Mahol, de quibus 4. cap. 3. Regum, & primo Paralipomenon 2. fit mentio. Cuius ſapientia ea fuit, vt tria millia parabolas loquutus fuerit: cuius carmina fuerũt quinq; millia, qui diſputauit ſuper lignis à Cedro Libani, vſque ad hyſſopum, quæ egreditur de pariete, & diſſeruit de iumentis, & volucribus, & reptilibus, & piſcibus: ad quẽ de cunctis populis ad audiendum ſapientiam eius, & ab vniuerſis Regibus terræ cõfluebant, vt 3. Reg. 4. cap. digreditur.

Salomonis ſapientia oĩum orientaliũ, & Aegyptiorũ præcedit ſapientiam.
Auctor Pſ. 88 Ethan, & Heman ſapiẽtes, leuitæ, & cantores.
Lyranus.
Chalcol, & Dorda ſapiẽtes.
Salomonis ſapientia quæ?

Regina Sabba venit audire Salomonis ſapientiam.

Immo Regina Sabba à finibus terræ Hieroſolymam venit audire Regis ſapientiam, cui dixit; maior eſt ſapientia, & opera tua, quam rumor quem audiui. Immo cui Dominus ipſe Deus dixit; Ecce feci tibi ſermones tuos, & dedi tibi cor ſapiens, & intelligẽs: in tantum vt nullus ante te ſimilis fuerit, nec poſt te ſurrecturus ſit, ſicuti 3. Reg. 3. cap. tangitur.

Obiectio prima.

Quòd ſi aliquis obiecerit (ſicuti & obiectum fuit nobis, cum eſſemus Mediolani) Salomonem diſputaſſe ſuper lignis à cedro, quæ ſunt in libano, vſq; ad hyſſopum quæ egreditur de pariete, diſſeruiſſeq; de iumentis volucribus, reptilibus, & piſcibus, & non de re alia, præſertim ad motus cæleſtes pertinente, & ob id Salomonem, Neomeniarum auctorem haud fuiſſe.

Solutio.

Obiectio hæc nulla erit, cum etiam apud eos, qui nunquam artem attigerunt ſyllogiſticam, nõ ſequatur illatio; Salomonem diſſeruiſſe de his: ergo Neomeniarum inuentorem minimè fuiſſe; ſtare enim poteſt vtrumque, ſcilicet; quòd de illis diſſeruerit, & tamen Neomeniarum inuentorem extitiſſe.

Obiectio Secunda.

Quod ſi denuo in ſacra Scriptura nullibi reperiri Sa-

ri Sa-

ri Salomonem de Neomeniis tetigiſſe obiiciet; Reſpondemus, etiam multa alia Salomonem adinueniſſe quæ in ſacris omittuntur literis: cum ad ipſas non pertineant. De quibus videndus eſt Hugo Cardinalis 3.Reg.4. qui huiuſmodi negotium plenè recolit. Immo ſacra Scriptura tria millia parabolas Salomonem eſſe loquutum teſtatur: & tamen in libro parabolarum non amplius quam nongenti,& quindecim verſus Hebraici adnotantur, Lyrano ſic dicente 3.Reg.4. qui verſus non ſemper vnam continent parabolam; & Caietanus ibidem tertiam dumtaxat parabolarum partem nos habere ſcribit: & de libris Salomonis dubitat, ſi apud nos exiſtant. Ideo mirum non erit, Salomonem auctorem fuiſſe Neomeniarum, & in ſacris literis hoc non reperiri. Cum etiam ſcribitur diſputaſſe ſuper lignis à cedro, quæ ſunt in libano vſq; ad hyſſopum, diſſeruiſſeq; de iumentis, volucribus, reptilibus, & piſcibus,& tamen horum nullus apud nos extat liber: forſan iuxta Doctorum ſententiam, quia combuſti cũ aliis fuerunt à Nabuzardan. Immo Ioſephus in octauo antiquitatis libro ſcribit, Salomonem parabolarum atq; ſimilitudinum ſcripſiſſe libros tria millia, & ſacra Scriptura inquit parabolas tria millia: ſimiliter quod ſcribitur, canticorum quinque millia,Ioſephus dicit libros quinque millia: Vnus tamen apud nos habetur:canticum canticorum. Scripſit etiam verborum naturæ, ſiue naturalium diſputationum opus ingẽs, rerum omnium ſapientia refertum. Edidit, & deſcriptionem templi Hieroſolymitani, officiaq; ſingula Sacerdotum, & Leuitarum, aliorumq; miniſtrorum templi. Quo in loco Neomeniarum tabulas ad ſolemnitatem Iudæorum indagandas inſeruiſſe exiſtimamus. Huiuſce rei meminit liber ſecundus ſacrorum annalium. Tertij Reg. cap. 11. citatur liber verborum Salomonis in quo ipſe, vel iuxta aliorum ſententiam, Ozai prophetæ, vitam,omniaq; Salomonis geſta conſcripſit. Nihiloſecius nullus horum apud nos extat, vel ſi reperitur, mancus reperitur. Cauſam reddunt Rabbini Iudæorum, in deuaſtatione vrbis Hieroſolymæ combuſtos fuiſſe vna cum libris legis à Naburzadam, militiæ Caldęorũ principe; Quod & aſſeuerare videntur doctores 3.Reg.4. præter hos, alios edidit, vt teſtatur Ioſephus loco ſuperius citato: nẽpè præcationum, ſiue præcantationum ad ægritudines mitigandas librum vnum: exorciſmorum, ſiue coniurationum ad liberandos à dæmonibus obſeſſos librum vnum; cuius meminit origenes tractatu 35. in Matthæum, & Beda cap.19. actuum Apoſtolorum. Adſunt etiam epiſtolæ Salomonis ad Hyramum Tiriorum Regem, & Hyrami ad Salomonem, de quibus Ioſephus in primo contra Appionem fidem facit, teſtem adducens Dium, qui in Phænicum hyſtoriis integerrimus approbatus eſt. Extat & liber alius cuius inſcriptio eſt Salomonis ſapiẽtia, diuerſus ab eo quem recipit Eccleſia. Huius meminit Theophilus

Reſponſio.

Hugo Card.

Quot parabolas loquutus eſt Salomon.

Lyranus.

Caietani opinio de parabolis Salomonis, & de libris eius.

Libri legis pleriq;, & Salomonis combuſti à Nabuzardan.

Ioſephi opinio de libris parabolarũ, atq; ſimilitudinũ Salomonis.

Varia Salomonis opera.

Ozai propheta.

Origenes, & Beda.

Salomonis epiſtolæ.

Ioſephus, & Dius.

Teophilus.

Ioannes Pic. Cichus Eſculanus. Sixtus Senenſis. Obiectio. Reſponſio. Salomon omnia ſciuit etiã cæleſtia. D. Ambroſij teſtimonium de ſapientia Salomonis. Obiectio. Io. Picus. Obiectionis dilutio. D. Hierony-

Antiochiæ Epiſcopus ſextus in tertio libro ad Autholicum. Et Ioãnes Picus Mirandulanus in præfatione ſua Eptali: Cichus Eſculanus, ſecundo & quarto capite de ſphæra, citat librum Salomonis de vmbris idearum, & tamen quis noſtrum hos vnquam vidit libros? Sed ſi quis librorum Salomonis quantitatem videre deſiderat, conſulat Sixtum Senenſem ordinis Prædicatorum in primo tomo ſuæ bibliothecę Sanctæ libro primo, & ſecundo, litera S. At rurſum obiiciet aliquis ſacrã Scripturam nullibi dixiſſe, Salomonem diſſeruiſſe de cæleſtibus, ſicuti de aliis. Ad quem reſpõdendum exiſtimamus, quod etſi nunquàm Salomonem de cæleſtibus diſſeruiſſe inuenitur, legitur tamen ipſorũ omnium perfectam habuiſſe notitiam. Vnde Sap. 7. Salomon ait. Ipſe enim ſcilicet Deus, dedit mihi horum, quæ ſunt ſcientiam veram, vt ſciam diſpoſitionem orbis terrarum, & virtutes elementorum, initiũ, & conſummationem, & medietatem temporum, viciſſitudinum permutationes, & cõſummationes temporum: morum mutationes, & diuiſiones temporum, anni curſus, & ſtellarum diſpoſitiones, naturas animalium, & iras beſtiarum: vim ventorum, & cogitationes hominum, differentias virgultorum, & virtutes radicum, & quæcumq; ſunt abſcondita, & improuiſa didici, &c. Quis igitur eſt tam vecors quod Salomonem locupletem ſapientiæ poſſeſſorem, ita fuiſſe non iudicat, vt omnia cognouiſſe viſus fuerit? Diui Ambroſij quoque auctoritas in libro de Salomone cap. 1. confirmabit intentum, dum docens Salomonem omnia cognouiſſe quæ in arcanis abditarum diſpoſitionum tenebantur abſconſa, reddit cauſam, ſcilicet; Qui à Deo eſſet ſapientiam conſequutus: cum nouerat mundanæ diſpoſitionis introitum, qualiter eſſet hoc cælum omne quod cernimus ardua ſublimitate ſuſpenſum; Quemadmodum fieret aeres illius circumiectus, & fuſus æquo moderamine libratus in medio: Quibus pigro ad imum dilapſa podere terra ſubſiſteret, qua ratione intra certas littorum metas liquidi elementi impatiens fluctus lapſus exæſtuet: Quod principium rerum, quis finis, & quæ eſſent media colle; quæ iterum diuiſiones, & mutationes tẽporum non latebant, qui compræhenderat qualiter ſibi annorum mutua viciſſitudo, redeunte orbe, ſuccederet curſus, præcedendo ſe nonnunquàm, aut ſubito ſubſequendo: Vnde earum eſſet ortus, aut obitus, & alia multa, quæ ſapiẽtia docente cognouerat, quæ omnia Ambroſius explicans illud Prouerb. 30. tria ſcilicet ſunt mihi difficillima, & quartum penitus ignoro, adducit. Verum alia ſe offert obiectio, libros quinque ſapientiales non eſſe Salomonis, ſed Philonis Iudæi viri diſertiſſimi; teſtante ſic Hieronymo in prologo eorumdem. Idq; Picus in præfatione ſuæ eptali confirmat, cum Græcam redoleãt ſapientiam. Ad hoc, etſi reſponderi poſſet cum aliis abſolutè oppoſitũ ſentientibus hos eſſe Salomonis: nihilominus ob D. Hieronymi reuerentiam,

tiam, & Eccleſiæ auctoritatem, dicere non dubitamus; librorum materiam eſſe Salomonis: ordinem verò,& verborum delectum Philonis Iudæi; ſicq; omnes conciliantur, (quamuis D.Hieronymus iuxta aliorum opinionem, nempè Iudæorum loquatur, non ſuam). Verum Daniel Finus Ferrarienſis libro ſexto ſui flagelli in Iudæos cap. 13. pronunciat Philonem Salomonis familiarem,eiq; ſemper aſſiſtentem: qui & audiens à Salomone libros Græcè conſcripſerat. At opinio Danielis fini qua nam ratione ſit vera neſcio, cum ex hyſtoriis conſtet Philonem poſt Salomonem multis ſæculis fuiſſe. Quandoquidem ex Neotericis & quidem probatiſſimis habetur Salomonem factum Regē anno mundi 2930. ædificare cæpiſſe templum anno mundi 2935. dedicaſſe templum anno mundi 2941. ædificaſſe palatiū anno mundi 2944. veniſſe audire eum Reginam Sabeam anno mundi 2949. adoraſſe idola anno mundi 2951. regnaſſe quadraginta annis, ac propterea diem clauſiſſe extremum anno mundi 2970. Philonem verò iuxta nonnullos, vel fuiſſe domeſticum Petri Apoſtoli Romæ,vel floruiſſe anno Domini 90. nam & extat eius legatio ad Caiū:eiuſdemq; oratio pro Hebræis ad eundē. Quomodo igitur ſyncronon Salomonis fatetur finus? Quarè facius eſt dicendum, libros Salomonis ſapientiales à Philone ex Hebræa in Græcam conuerſos: ac propterea ſapientiam redolere. Nam de Philone adagium erat, ob maximam eius eloquentiam Platonicè ſymbolicam, quod vel Plato Philonizabat: vel Philo platonizabat. Si verò aliquis iterum argueret, Neomeniarum auctorem potius Gamalielem Chriſti diſcipulum fuiſſe, ad cuius pedes, legem, & Prophetas, ſe didiciſſe fatetur Paulus Apoſtolus Actuum 22. quam Salomonem: quandoquidem ſimiles tabulas edidiſſe ferunt auctores; præſertim Paulus Epiſcopus Foroſempronienſis in ſua Paulina, vbi aliquas tabulas pro nouiluniis reperiendis adnotat, dicens eſſe Gamalielis. Reſpondemus ipſummet Gamalielem non propria loqui inuentione, ſed maiorum ſuorum: (vt ibi eſt videre) tabulasq; quas ibidem Foroſemproniēſis Epiſcopus adducit, atq; Gamalielis eſſe aſſeuerat; differentes prorſus ab his, quæ Salomoni inſcribuntur, cernes: niſi ꝙ eiſdem punctis vtræq; conſtent. Poſtquàm verò hæc ſcripſerimus, dubitatum eſt à nonnullis iuris diſertiſſimis de auctore Neomeniarum, dicentibus: quod Salomon illarum rationem inuenerit, probatu difficillimum eſſe, argumentum à nemine traditum; immo inter ſcripta eiuſdem nihil tale referri; ſatis autem conſtare Methonem Athenienſem eius cycli fuiſſe inuentorem: vnde & annus methonicus dicitur; per parum item videri prætermiſſo verò auctore illius cycli ad alium referre,nulla fretus auctoritate: immo reclamantibus omnibus. Quibus & reſpondere nō dubitamus, Salomonem inuentorem fuiſſe Neomeniarum poſſe bifariam intelligi,primo vt Salomon primus inuenerit

Daniel Fin°. — Fini opinio relicitur. — Salomon factus Rex. — Aedificat templum, & dedicat. — Aedificat palatium. — Aduentus Reginæ Sabæ. — Idolatria Salomonis. — Regnum, & mors. — Philo quā claruit. — Libri ſapientiales Salomonis à Philone ex Hebræa in Græcam conuerſi. — Argumentum Gamaliel Pauli Apoſto i præceptor. — Paulus à Middelburgo. — Reſponſio. — Dubiū de auctore Neomeniarum. — Methō Athenienſis. — Dubij ſolutio.

rit Neomeniarum, ſeu Nouiluniorum rationem formaliter, & ſic non intelligimus Salomonem inueniſſe cum & multo ante Salomonem inuenta fuerit. Et in ſecundo libro ſatis huiuſce rei conſcius eris; ſecundo materialiter, hoc eſt, ex cycli ratione iam inuenti, diſpoſuiſſe tabulas Neomeniarum pro Neomeniis indagandis: ſicq; dicimus Salomonem Neomeniarum hoc eſt tabularum ſic diſpoſitarum auctorem fuiſſe; denominatio autem fit à digniori, idq; non eſſe difficile, ſed facile: manifeſtũ eſt omnibus. At rurſus obiicies: haſce Salomonis Neomenias minimè correſpondere tẽpori Salomonis: & nos fieri ſatis arbitramur: dicendo, ob diuerſas epactas menſtruas, annuasq; ex quibus reſultant Neomeniæ: poſſe fieri haſce haud præcisè correſpondere Salomonis tẽpori: Verum ſi illas aſſumpſeris ex quibus elicitæ ſunt hæ, videbis tempori Salomonis non nimium diſtorte congruere. At dices iterum. Eſto Salomoni attributam eſſe Neomeniarum rationẽ, nihiloſecius id eſſe apocriphum: valde ſuſpicatur. Reſpondemus, apochriphum attribui ſolum, vel libris ſcripturæ; vt diſtinctio fiat inter agiographos, canonicos & apochriphos libros (quemadmodum in de libro apochripho ſcripſimus) vel ad religionem pertinentibus. Vnde ſi quis librorum Ariſtotelis, ipſius non fuerit, non hanc ob cauſam apochriphi nomen merebitur: quoniam nec ad ſcripturam, neq; ad religionem ſpectare conſpicuũ eſt omnibus; ſed dicetur, vel abſolutè non eſſe Ariſtotelis (ſi id demonſtrari poterit) vel dubiũ, num auctor Ariſtoteles fuerit. Neomeniæ igitur Salomonis (dato) quòd illius nõ fuerint, non ob id apochriphi nomen mæreri neceſſũ eſt, cum nec ad ſcripturam pertineant, neq; ad religionem, vt manifeſtum eſt. Sed dicetur dubitari, num Salomonis fuerint: ita vt ſit non clarum, ſed immanifeſtũ. At nihil obſtare Neomenias fuiſſe Salomonis, iã oſtenſum eſt.

Alia obiectio. Reſponſio.

Dubium. Reſponſio.

Apochriphi nomen cui cõuenit.

Diſtinctio librorum ſcripturę.

Neomeniæ Salomonis nõ merentur nomen apochriphi.

Si qui libri Ariſtoteli attributi, non fuerint Ariſtotelis: non ideo ſunt apochriphi.

Cur Neomenias Salomon adinuenit. *Cap. XII.*

DEST ratio ad quid ſcilicet Salomon Rex Neomenias excogitauerit, ſi proprius earum auctor (vt par eſt) fuerit? ſicuti cæteros libros, vel ad mores inſtituendos, vel ad contemptum mundi, vel ad plebis ædificationem & legis obſeruantiam inſtituit? iam manifeſta erit reſponſio, ſi dixerimus Salomonem Regem Neomenias ad hoc inſtituiſſe, vt cognito Neomeniæ die, & ex cõſequenti menſis principio, cognoſcerentur inde dies in quibus ſacrificia, orationes, holocauſtomata, reditus, libamina, conuocatio, & reliqui dies feſti, ſeu profeſti ritè expenderentur, altiſſimoq; Domino dignè, & laudabiliter perſoluerentur. Cum enim primum ſit cauſa medij, & medium vltimi, primo ignorato ignorabitur

Cæteros libros ad quid Salomon inſtituit.

Ex Neomeniis principia mẽſium, & illorũ feſta habentur.

tur

tur quidem medium, medio quoq; vltimum ignotum erit. Menſe primo quartadecima die menſis apud Iudæos phaſe Domini eſt, & quintadecima ſolemnitas,quam celebrabant,hodiernisq; tēporibus obſeruāt,ad co memorādum liberationis beneficium ex Ægypto,(vt excerpitur ex Leuit.23.Num.28. Exod.12.) Igitur ſi Neomeniæ dies ignotus eſſet, menſis principium latuiſſet, cæterique dies in confuſione lapſi eſſent; ſicq; in feſtorum celebratione; immò in ipſis Neomenijs, ſacrificijs,libaminibus, &c. cœcutiſſent. Ad tollendum ergo errorem hunc poſſibilem fore, Salomon Rex poſt templi dedicationē Neomeniarum tabulam tradidit perpetuis temporibus duraturam: Qua Lunæ coitu cognito, inde principijs menſium habitis, rite, recteq; celebrarent & ipſas Neomenias, & cœteras in menſibus contingentes feſtiuitates. Qua igitur ratione (dicet aliquis) ante Salomonis tempus feſtos dies Iudęi celebrabant,cum eo tempore tabula minime excogitata fuiſſet? non ambigimus reſpondere: vel epacta, vel aſtronomica ſupputatione. Verumtamen prima cum Neomeniæ non bene inuenirentur, ſed poſt diem, plerumq;, & à vero coitu ſecundum & tertium: ſecunda quoq; etſi rectè inueſtigabantur, nihilo ſecius ad euitandos aſſiduos labores,qui ex luminarium motuum arithmetica ſupputatione emergere ſolent, & cum in ea facultate eruditi non ſemper exiſtebant; medium inter hos venatus eſt modum Rex Salomon, quo luminarium coitiones non difficulter haberi potuiſſent. Cæterum vt omnis tollatur calūnia,ſciatq; prudens lector abſq; Neomenijs, quæ ſunt menſium initia, nequaquam Iudæos dies celebrare poſſe: opere prętium eſſe duximus, Calendarium Hebræum hic attexere, menſes erigere lunares, omneſq; Hebræorum feſtos dies, & profeſtos inſerere; quo Neomeniarum defectu, quæ principia ſunt menſium animaduertat ſtudioſus non poſſe Hebræos Neomenias celebrare, nec cœteras obſeruare feſtiuitates in lege mādatas. Hæcq; eſt cauſa cur Salomon Neomeniarum tabulam condidit perpetuis temporibus duraturam. Rationem horum menſium inferius adducemus cum de anni ratione mentio fiet. Hoc etiam animaduertendum cenſuimus, Carolum Sigonium Bononienſem lib.3. de Republica Hebræorum cōſtituere Calendarium Hebraicum; ſed ipſum vetus appellat, quod non eſt verum iuxta eius ſententiam; parum enim conſtans eſſet. Quandoquidem opinatur ibidem vetus Calendarium Hebræorum à Septembri exordium ſumere, nouum à Martio: cum iuxta antiquam Iudæorum conſuetudinem ibi annus incipiat; hic verò iuxta Moyſi traditionem ex Dei præcepto: idq; eo loci teneat. Quod etſi ex ſacris eloquijs ſit manifeſtum nempè Exod.13.cap.2. Deutoron.12. Nihilo ſecius adducit teſtimonium Philonis Iudæi viri illuſtris qui lib.3. de vita Moyſis inquit. Moſen primum menſem feciſſe eum,qui inuernum æquinoctium inci-

Phaſe Domini apud Iudæos quando celebrabatur

Leuiticus.

Numeri.

Exodus.

Quæſtio de feſtorum celebratione ante Salomonis tempus.

Dilutio.

Abſq; Neomenijs nō poſſunt Iudęi celebrare feſta ſua.

Calendariū Hebræum vnde initium ſumat.

Philo.

Moſes quem menſem primum fecerit.

incidit,ſed huius rei veritas inferius oſtendetur. Non eſt igitur vetus iuxta ipſum,ſed nouum: niſi velit accipere vetus cũ tempore Moyſi ſit conditum; ſed hoc ſtudioſis decidendum relinquimus. Calendariũ tamen eo conſtruximus modo,vt paſſio Chriſti rectè occureret feria ſexta menſis Niſan primi menſis Iudæorum: contra Iudæorum opiniones aſſerentium; nunquam Chriſtum Dominum noſtrum paſſum fuiſſe feria ſexta. Verum de hoc inferius quoque digrediemur. Interim hoc notatu dignum eſſe cenſemus, Neomeniam Niſan paſſionem Chriſti proximè præcedeatem, contigiſſe iuxta veros Lunæ motus die Mercurij poſt meridiem,hora vigeſima ſecunda,minutis 41.ad poli latitudinem Grad.31.minutis 40. Sub qua Hieroſolyma Ciuitas ſita eſt: in partibus 27. minutis 28. ſecundis 16. ſignum Piſcium. Igitur die ſequenti, qui erat Iouis horologij hora 16. minutis 43. accidit. Cum igitur ob motus Lunæ velocitatem, atque Zodiaci & Orizontis obliquitatem nouæ Lunæ viſio fuerit citiſſima: eiuſdem de ſub radijs apparitio die Veneris præfuit. Quare primus dies Menſis Niſan tempore paſſionis Chriſti, fuit feria ſexta: in qua celebrarunt Neomeniam Iudæi iuxta medios Lunæ motus (vt putant) ideo initium anni & primi Menſis Niſan Hebræorum à feria ſexta exordiri ſcripſimus tempore paſſionis Chriſti. Scio Sotum virum doctiſſimum, & nunquàm ſatis laudatum 4. ſent. diſt.9.quæſt.10. art.4. idem nouiluninm contigiſſe feria quinta hora diei naturalis Hebræorum 19. fateri: hoc eſt prima promeridiana cum aliquibus minutis iuxta aliquos in hac ſciẽtia peritos. At differentia vtrobiq; duarum horarum completarum perpenditur cum aliquibus minutis. Nihiloſecius ſufficiat, die Veneris Sole ad Occaſum tendente: apparuiſſe nouam Lunam. Igitur eo die incæpiſſe menſem Niſan. Nam & Iudæi dicunt Lunam horas 24. ſilere 18. veterem, 6. nouellam, licet ſæpè poſt duos dies à nouilunio menſem nunc exordiantur.

Neomenias Niſan tẽpore paſſionis Chriſti.

Nouæ Lunæ viſio ꝓximè præcedẽs paſſionem Chriſti.

Dominicus Soto.

CALENDARIVM HEBRÆVM IVXTA DISPOSITIONEM ANNI ILLIVS, IN QVO PASSVS EST CHRISTVS.

INITIVM

INITIVM ANNI HEBRÆORVM IVXTA VERITATEM.

MENSIS PRIMVS.

ניסן Niſan apud Hebræos, dierum triginta. Phamenoth apud Ægyptios. Diſtros apud Macedones. Μάρτιος, apud Græcos. Martius in Latino.

Dies Anni.	Lunæ Phaſes.	Dies Menſis.	
1	☌	1	*Sexta ſabbati. feſtum Neomeniæ. ſacrificium iuge, & Neomeniæ.*
2		2	*Sabbatum. Sacrificium iuge, & Sabbati.*
3		3	*Prima ſabbati. Sacrificium iuge.*
4		4	*Secunda ſabbati. Sacrificium iuge.*
5	✱	5	*Tertia ſabbati. Sacrificium iuge.*
6		6	*Quarta ſabbati. Sacrificium iuge.*
7		7	*Quinta ſabbati. Sacrificium iuge.*
8	□	8	*Sexta ſabbati. Sacrificium iuge.*
9		9	*Sabbatum. Sacrificium iuge, & Sabbati.*
10	△	10	*Prima ſabbati. Sacrificium iuge.*
11		11	*Secunda ſabbati. Sacrificium iuge.*
12		12	*Tertia ſabbati. Sacrificium iuge.*
13		13	*Quarta ſabbati. Sacrificium iuge.*
14	☍	14	*Quinta ſabbati. Phaſe Domini ad veſperam. Agnus mactatur, & editur. Initium azymorum.*
15		15	*Sexta ſabbati. Paſcha. Prima dies azymorum.*
16		16	*Sabbatum. Sacrificium iuge, & Sabbati. Secunda dies azymorum. Oblatio manipuli pro primitijs frugum. Meſſis incboatio. Initium ſeptem hebdomadum.*
17		17	*Prima ſabbati. Sacrificium iuge. Tertia dies azymorum.*
18		18	*Secunda ſabbati. Sacrificium iuge. Quarta dies azymorum.*
19		19	*Tertia ſabbati. Sacrificium iuge. Quinta dies azymorum.*
20	△	20	*Quarta ſabbati. Sacrificium iuge. Sexta dies azymorum.*
21		21	*Quinta ſabbati. Sacrificium iuge, & vltima dies azymorum. Collecta frugum prima.*
22	□	22	*Sexta ſabbati. Sacrificium iuge. Prima meſſis hebdomada.*
23		23	*Sabbatum. Sacrificium iuge, & Sabbati.*
24		24	*Prima ſabbati. Sacrificium iuge.*
25		25	*Secunda ſabbati. Sacrificium iuge.*
26	✱	26	*Tertia ſabbati. Sacrificium iuge.*
27		27	*Quarta ſabbati. Sacrificium iuge.*
28		28	*Quinta ſabbati. Sacrificium iuge.*
29		29	*Sexta ſabbati. Sacrificium iuge. Secunda meſſis hebdomada.*
30		30	*Sabbatum. Sacrificium iuge, & Sabbati.*

MENSIS SECVNDVS.

זיום Zium, ſiue אייר Iar apud Hebræos. Pharmuthi apud Ægyptios. Xantichos apud Macedones. Απρίλιος, apud Græcos. **Aprilis** in Latino; dierum 29.

Dies Anni.	Lunæ Phaſes.	Dies Menſis.	
31	☌	1	*Prima ſabbati. feſtum Neomeniæ. Sacrificium iuge, & Neomeniæ.*
32		2	*Secunda ſabbati. Sacrificium iuge.*
33		3	*Tertia ſabbati. Sacrificium iuge.*
34		4	*Quarta ſabbati. Sacrificium iuge.*
35		5	*Quinta ſabbati. Sacrificium iuge.*
36	✱	6	*Sexta ſabbati. Sacrificium iuge. Tertia meſſis hebdomada.*
37	□	7	*Sabbatum. Sacrificium iuge, & Sabbati.*
38		8	*Prima ſabbati. Sacrificium iuge.*
39		9	*Secunda ſabbati. Sacrificium iuge.*
40		10	*Tertia ſabbati. Sacrificium iuge.*
41	△	11	*Quarta ſabbati. Sacrificium iuge.*
42		12	*Quinta ſabbati. Sacrificium iuge.*
43		13	*Sexta ſabbati. Sacrificium iuge. Quarta meſſis hebdomada.*
44		14	*Sabbatum. Sacrificium iuge, & Sabbati.*
45	☍	15	*Prima ſabbati. Sacrificium iuge.*
46		16	*Secunda ſabbati. Sacrificium iuge.*
47		17	*Tertia ſabbati. Sacrificium iuge.*
48		18	*Quarta ſabbati. Sacrificium iuge.*
49		19	*Quinta ſabbati. Sacrificium iuge.*
50	△	20	*Sexta ſabbati. Sacrificium iuge. Quinta meſſis hebdo.*
51		21	*Sabbatum. Sacrificium iuge, & Sabbati.*
52		22	*Prima ſabbati. Sacrificium iuge.*
53	□	23	*Secunda ſabbati. Sacrificium iuge. Feſtum arcis mundatæ à Simone Principe.*
54		24	*Tertia ſabbati. Sacrificium iuge.*
55		25	*Quarta ſabbati. Sacrificium iuge.*
56	✱	26	*Quinta ſabbati. Sacrificium iuge.*
57		27	*Sexta ſabbati. Sacrificium iuge, & Sexta meſſis hebdomada.*
58		28	*Sabbatum. Sacrificium iuge, & Sabbati.*
59		29	*Prima ſabbati. Sacrificium iuge.*

MENSIS TERTIVS.

סיון Siuan apud Hebræos, dierum 30. Pachon, vel Paon apud Ægyptios. Artemiſios apud Macedones. Μάϊος, in Græco. Maius apud Latinos.

Dies Anni.	Lunæ Phaſes.	Dies Menſis.	
60	☌	1	*Secunda ſabbati. feſtum Neomeniæ. ſacrificium iuge, & Neomeniæ.*
61		2	*Tertia ſabbati. Sacrificium iuge.*
62		3	*Quarta ſabbati. Sacrificium iuge.*
63		4	*Quinta ſabbati. Sacrificium iuge.*
64	*	5	*Sexta ſabbati. Sacrificium iuge. Septima meſſis hebdomada.*
65		6	*Sabbatum, & feſtum Pentecoſtes, ſeu hebdomadarum. Sacrificium iuge, hebdomadarum, & Sabbati.*
66	□	7	*Prima ſabbati. Sacrificium iuge.*
67		8	*Secunda ſabbati. Sacrificium iuge.*
68		9	*Tertia ſabbati. Sacrificium iuge.*
69	△	10	*Quarta ſabbati. Sacrificium iuge.*
70		11	*Quinta ſabbati. Sacrificium iuge.*
71		12	*Sexta ſabbati. Sacrificium iuge.*
72		13	*Sabbatum. Sacrificium iuge, & Sabbati.*
73		14	*Prima ſabbati. Sacrificium iuge.*
74	☍	15	*Secunda ſabbati. Sacrificium iuge.*
75		16	*Tertia ſabbati. Sacrificium iuge.*
76		17	*Quarta ſabbati. Sacrificium iuge.*
77		18	*Quinta ſabbati. Sacrificium iuge.*
78	△	19	*Sexta ſabbati. Sacrificium iuge.*
79		20	*Sabbatum. Sacrificium iuge, & Sabbati.*
80		21	*Prima ſabbati. Sacrificium iuge.*
81	□	22	*Secunda ſabbati. Sacrificium iuge.*
82		23	*Tertia ſabbati. Sacrificium iuge.*
83		24	*Quarta ſabbati. Sacrificium iuge.*
84		25	*Quinta ſabbati. Sacrificium iuge.*
85	*	26	*Sexta ſabbati. Sacrificium iuge.*
86		27	*Sabbatum. Sacrificium iuge, & Sabbati.*
87		28	*Prima ſabbati. Sacrificium iuge.*
88		29	*Secunda ſabbati. Sacrificium iuge.*
89		30	*Tertia ſabbati. Sacrificium iuge.*

MENSIS QVARTVS.

תמוז Tamuz apud Hebræos. Payni apud Ægyptios. Deſeos apud Macedones. Ἰούνιος, apud Græcos. Iunius apud Latinos; dierum 29.

Dies Anni.	Lunæ Phaſes.	Dies Menſis.	
90	☌	1	*Quarta ſabbati. feſtum Neomeniæ. Sacrificium iuge, & Neomeniæ.*
91		2	*Quinta ſabbati. Sacrificium iuge.*
92		3	*Sexta ſabbati. Sacrificium iuge.*
93		4	*Sabbatum. Sacrificium iuge, & Sabbati.*
94		5	*Prima ſabbati. Sacrificium iuge.*
95	⚹	6	*Secunda ſabbati. Sacrificium iuge.*
96		7	*Tertia ſabbati. Sacrificium iuge.*
97	□	8	*Quarta ſabbati. Sacrificium iuge.*
98		9	*Quinta ſabbati. Sacrificium iuge.*
99		10	*Sexta ſabbati. Sacrificium iuge.*
100	△	11	*Sabbatum. Sacrificium iuge, & Sabbati.*
101		12	*Prima ſabbati. Sacrificium iuge.*
102		13	*Secunda ſabbati. Sacrificium iuge.*
103		14	*Tertia ſabbati. Sacrificium iuge.*
104	☍	15	*Quarta ſabbati. Sacrificium iuge.*
105		16	*Quinta ſabbati. Sacrificium iuge.*
106		17	*Sexta ſabbati. Ieiunium ob fractionem tabularum legis à Moiſe propter Idolatriam vituli. Sacrificium iuge.*
107		18	*Sabbatum. Sacrificium iuge, & Sabbati.*
108		19	*Prima ſabbati. Sacrificium iuge.*
109	△	20	*Secunda ſabbati. Sacrificium iuge.*
110		21	*Tertia ſabbati. Sacrificium iuge.*
111		22	*Quarta ſabbati. Sacrificium iuge.*
112	□	23	*Quinta ſabbati. Sacrificium iuge.*
113		24	*Sexta ſabbati. Sacrificium iuge.*
114		25	*Sabbatum. Sacrificium iuge, & Sabbati.*
115	⚹	26	*Prima ſabbati. Sacrificium iuge.*
116		27	*Secunda ſabbati. Sacrificium iuge.*
117		28	*Tertia ſabbati. Sacrificium iuge.*
118		29	*Quarta ſabbati. Sacrificium iuge.*

MENSIS QVINTVS.

♌ Ab apud Hebræos dierum 30. Epiphi apud Ægyptios. Paremos apud Macedones, ιούλιος, apud Græcos, Iulius in Latino.

Dies Anni.	Lunæ Phaſes.	Dies Menſis.	
119	☌	1	*Quinta ſabbati . feſtum Neomeniæ . ſacrificium iuge , & Neomeniæ .*
120		2	*Sexta ſabbati . Sacrificium iuge .*
121		3	*Sabbatum . Sacrificium iuge . & Sabbati .*
122	✱	4	*Prima ſabbati . Sacrificium iuge .*
123		5	*Secunda ſabbati . Sacrificium iuge .*
124		6	*Tertia ſabbati . Sacrificium iuge .*
125		7	*Quarta ſabbati . Sacrificium iuge.*
126	□	8	*Quinta ſabbati . Sacrificium iuge.*
127		9	*Sexta ſabbati . Ieiunium lamentus,& ploratus cauſa Templi deſtructi à Nabucdonoſore . ſacrificium iuge .*
128		10	*Sabbatum . Sacrificium iuge , & Sabbati.*
129	△	11	*Prima ſabbati . Sacrificium iuge.*
130		12	*Secunda ſabbati . Sacrificium iuge.*
131		13	*Tertia ſabbati . Sacrificium iuge.*
132		14	*Quarta ſabbati . Sacrificium iuge .*
133	☍	15	*Quinta ſabbati . Sacrificium iuge .*
134		16	*Sexta ſabbati . Sacrificium iuge.*
135		17	*Sabbatum . Sacrificium iuge , & ſabbati .*
136		18	*Prima ſabbati . Sacrificium iuge .*
137		19	*Secunda ſabbati . Sacrificium iuge.*
138	△	20	*Tertia ſabbati . Sacrificium iuge.*
139		21	*Quarta ſabbati . Sacrificium iuge .*
140		22	*Quinta ſabbati . Xylophoria . Sacrificium iuge.*
141	□	23	*Sexta ſabbati . Sacrificium iuge .*
142		24	*Sabbatum . Sacrificium iuge , & ſabbati .*
143		25	*Prima ſabbati . Sacrificium iuge.*
144	✱	26	*Secunda ſabbati . Sacrificium iuge .*
145		27	*Tertia ſabbati . Sacrificium iuge .*
146		28	*Quarta ſabbati . Sacrificium iuge .*
147		29	*Quinta ſabbati . Sacrificium iuge.*
148		30	*Sexta ſabbati . Sacrificium iuge .*

MENSIS SEXTVS.

אלול Elul apud Hebræos, dierum 29. Meſor, vel Meſori apud Ægyptios. Loo s, vel Lor apud Macedones. Αὐγοῦςος in Græco. Auguſtus in Latino.

Dies Anni.	Lunæ Phaſes.	Dies Menſis.	
149	☌	1	*Sabbatum. feſtum Neomeniæ. Sacrificium iuge, & Neomeniæ, & Sabbati.*
150		2	*Prima ſabbati. Sacrif. iuge.*
151		3	*Secunda ſabbati. Sacrif. iuge.*
152		4	*Tertia ſabbati. Sacrif. iuge.*
153	⚹	5	*Quarta ſabbati. Sacrificium iuge.*
154		6	*Quinta ſabbati. Sacrificium iuge.*
155	□	7	*Sexta ſabbati. Sacrificium iuge.*
156		8	*Sabbatum. Sacrificium iuge, & ſabbati.*
157		9	*Prima ſabbati. Sacrif. iuge.*
158	△	10	*Secunda ſabbati. Sacrificium iuge.*
159		11	*Tertia ſabbati. Sacrif. iuge.*
160		12	*Quarta ſabbati. Sacrif. iuge.*
161		13	*Quinta ſabbati. Sacrificium iuge.*
162	☍	14	*Sexta ſabbati. Sacrificium iuge.*
163		15	*Sabbatum. Sacrificium iuge, & ſabbati.*
164		16	*Prima ſabbati. Sacrificium iuge.*
165		17	*Secunda ſabbati. Sacrificium iuge.*
166		18	*Tertia ſabbati. Sacrificium iuge.*
167	△	19	*Quarta ſabbati. Sacrificium iuge.*
168		20	*Quinta ſabbati. Sacrificium iuge.*
169		21	*Sexta ſabbati. Sacrificium iuge.*
170		22	*Sabbatum. Sacrif. iuge, & ſabbati.*
171	□	23	*Prima ſabbati. Sacrificium iuge.*
172		24	*Secunda ſabbati. Sacrificium iuge.*
173		25	*Tertia ſabbati. Sacrificium iuge.*
174	⚹	26	*Quarta ſabbati. Sacrificium iuge.*
175		27	*Quinta ſabbati. Sacrificium iuge.*
176		28	*Sexta ſabbati. Sacrif. iuge.*
177		29	*Sabbatum. Sacrificium iuge, & Sabbati.*

EXORDIVM ANNI VETERIS HEBRÆORVM & Calendarij iuxta aliquorum opinionem.

MENSIS SEPTIMVS.

תשרי Tisri, ſiue איתנים Ethanim apud Hebræos. Thoth apud Ægyptios. Gorpeos apud Macedones. Σεπτέμβριος apud Græcos, September apud Latinos, dierum 30.

Dies Anni.	Lunæ Phaſes.	Dies Menſis.	
178	☌	1	*Prima ſabbati. feſtum Neomeniæ celeberrimum. feſtum tubarum. Proprium holocauſtum. Neomeniæ, & iuge.*
179		2	*Secunda ſabbati. Sacrificium iuge.*
180		3	*Tertia ſabbati. Sacrificium iuge. ieiunium Godoliæ.*
181		4	*Quarta ſabbati. Sacrificium iuge.*
182	✱	5	*Quinta ſabbati. Sacrificium iuge.*
183		6	*Sexta ſabbati. Sacrificium iuge.*
184		7	*Sabbatum. Sacrificium iuge, & Sabbati.*
185	□	8	*Prima ſabbati. Sacrificium iuge.*
186		9	*Secunda ſabbati. Sacrificium iuge.*
187	△	10	*Tertia ſabbati. Expiationes, ſeu propitiatio. Ieiunium. Indictio Iobelei in annum ſeptuageſimum, & quinquageſimum. Proprium holocauſtum, & iuge.*
188		11	*Quarta ſabbati. Sacrificium iuge.*
189		12	*Quinta ſabbati. Sacrificium iuge.*
190		13	*Sexta ſabbati. Sacrificium iuge.*
191	☍	14	*Sabbatum. Sacrificium iuge, & ſabbati.*
192		15	*Prima ſabb. 1. dies ſcenophegiæ. propriū holocauſtū. collecta frugū vlt.*
193		16	*Secunda ſabbati. 2. dies ſcenophegiæ. Sacrificium iuge, & proprium.*
194		17	*Tertia ſabbati. 3. dies ſcenophegiæ. Sacrificium iuge, & proprium.*
195		18	*Quarta ſabbati. 4. dies ſcenophegiæ. Sacrificium iuge, & proprium.*
196		19	*Quinta ſabbati. 5. dies ſcenophegiæ. Sacrificium iuge, & proprium.*
197	△	20	*Sexta ſabbati. 6. dies ſcenophegiæ. Sacrificium iuge, & proprium.*
198		21	*Sabbat. feſtū ſalicis, & 7. dies ſcenopheg. Sacrif. iuge, ſabb. & propriū.*
199	□	22	*Prima ſabbati vlt. dies ſcenophegiæ. feſtum cætus, & collectæ. Sacrificium iuge, & proprium.*
200		23	*Secunda ſabbati, Encennia templi Salomonis. Sacrificium iuge.*
201		24	*Tertia ſabbati. Sacrificium iuge.*
202		25	*Quarta ſabbati. Sacrificium iuge.*
203	✱	26	*Quinta ſabbati. Sacrificium iuge.*
204		27	*Sexta ſabbati. Sacrificium iuge.*
205		28	*Sabbatum. Sacrificium iuge. & Sabbati.*
206		29	*Prima ſabbati. Sacrificium iuge.*
207		30	*Secunda ſabbati. Sacrificium iuge.*

MENSIS OCTAVVS.

בול Bul, ſiue מרחשון Mareſhuan apud Hebræos, dierum 29. Paothi apud Ægyptios. Hyperboreteos apud Macedones. Οκτίμβριος, in Græco. October in Latino.

Dies Anni.	Lunæ Phaſes.	Dies Menſis.	
208	☌	1	*Tertia ſabbati. feſtum Neomeniæ. Sacrificium iuge, & Neomeniæ.*
209		2	*Quarta ſabbati. Sacrificium iuge.*
210		3	*Quinta ſabbati. Sacrificium iuge.*
211		4	*Sexta ſabbati. Sacrif. iuge.*
212	✱	5	*Sabbatum. Sacrificium iuge, & ſabbati.*
213		6	*Prima ſabbati. Sacrif. iuge.*
214		7	*Secunda ſabbati. Sacrif. iuge.*
215	□	8	*Tertia ſabbati. Sacrif. iuge.*
216		9	*Quarta ſabbati. Sacrificium iuge.*
217		10	*Quinta ſabbati. Sacrificium iuge.*
218	△	11	*Sexta ſabbati. Sacrificium iuge.*
219		12	*Sabbatum. Sacrificium iuge, & ſabbati.*
220		13	*Prima ſabbati. Sacrif. iuge.*
221	☍	14	*Secunda ſabbati. Sacrificium iuge.*
222		15	*Tertia ſabbati. Sacrif. iuge.*
223		16	*Quarta ſabbati. Sacrif. iuge.*
224		17	*Quinta ſabbati. Sacrificium iuge.*
225		18	*Sexta ſabbati. Sacrificium iuge.*
226		19	*Sabbatum. Sacrificium iuge, & ſabbati.*
227	△	20	*Prima ſabbati. Sacrifirium iuge.*
228		21	*Secunda ſabbati. Sacrificium iuge.*
229		22	*Tertia ſabbati. Sacrificium iuge.*
230	□	23	*Quarta ſabbati. Sacrificium iuge.*
231		24	*Quinta ſabbati. Sacrificium iuge.*
232	✱	25	*Sexta ſabbati. Sacrificium iuge.*
233		26	*Sabaatum. Sacrif. iuge, & ſabbatii.*
234		27	*Prima ſabbati. Sacrificium iuge.*
235		28	*Secunda ſabbati. Sacrificium iuge.*
236		29	*Tertia ſabbati. Sacrificium iuge.*

MENSIS NONVS.

Dies Anni. | Lunæ Phaſes. | Dies Menſis.

כסלו Casleu apud Hebræos: Athyr apud Ægyptios. Dios apud Macedones. Νοβίμβριος in Græco. Nouember apud Latinos, dierum 30.

Dies Anni	Lunæ Phaſes	Dies Menſis	
237	☌	1	*Quarta ſabbati. feſtum Neomeniæ. Sacrificium iuge, & Neomeniæ.*
238		2	*Quinta ſabbati. Sacrificium iuge.*
239		3	*Sexta ſabbati. Sacrificium iuge.*
240		4	*Sabbatum. Sacrificium iuge, & ſabbati.*
241	⚹	5	*Prima ſabbati. Sacrif. iuge.*
242		6	*Secunda ſabbati. Sacrificium iuge.*
243	□	7	*Tertia ſabbati. Sacrif. iuge.*
244		8	*Quarta ſabbati. Sacrif. iuge.*
245		9	*Quinta ſabbati. Sacrificium iuge.*
246		10	*Sexta ſabbati. Sacrificium iuge.*
247	△	11	*Sabbatum. Sacrificium iuge, & ſabbati.*
248		12	*Prima ſabbati. Sacrifirium iuge.*
249		13	*Secunda ſabbati. Sacrificium iuge.*
250	☍	14	*Tertia ſabbati. Sacrificium iuge.*
251		15	*Quarta ſabbati. Sacrificium iuge.*
252		16	*Quinta ſabbati. Sacrificium iuge.*
253		17	*Sexta ſabbati. Sacrificium iuge.*
254		18	*Sabbatum. Sacrif. iuge, & ſabbati.*
255	△	19	*Prima ſabbati. Sacrificium iuge.*
256		20	*Secunda ſabbati. Sacrificium iuge.*
257		21	*Tertia ſabbati. Sacrificium iuge.*
258	□	22	*Quarta ſabbati. Sacrificium iuge.*
259		23	*Quinta ſabbati. Sacrificium iuge.*
260		24	*Sexta ſabbati. Sacrif. iuge.*
261		25	*Sabbatum. Purificatio templi per Iudam Machabæum, quæ inter Encennia refertur. Item feſtum ignis cæleſtis. Item feſtũ Iudith.*
262	⚹	26	*Prima ſabbati. Sacrif. iuge.*
263		27	*Secunda ſabbati. Sacrif. iuge.*
264		28	*Tertia ſabbati. Sacrif. iuge.*
265		29	*Quarta ſabbati. Sacrificium iuge.*
266		30	*Quinta ſabbati. Sacrificium iuge.*

MENSIS DECIMVS.

טבת Tebeth apud Hebræos. Chiuchi, ſeu Chęach apud Ægyptios. Apileos apud Macedones. Δεκέμβριος in Græco. Decēber apud Latinos, dierum 29.

Dies Anni.	Lunæ Phaſes.	Dies Menſis.	
267	☌	1	*Sexta ſabbati. feſtum Neomeniæ. Sacrificium iuge, & Neomeniæ.*
268		2	*Sabbatum. Sacrificium iuge, & Sabbati.*
269		3	*Prima ſabbati. Sacrificium iuge.*
270		4	*Secunda ſabbati. Sacrificium iuge.*
271		5	*Tertia ſabbati. Sacrificium iuge.*
272	✱	6	*Quarta ſabbati. Sacrificium iuge.*
273		7	*Quinta ſabbati. Sacrificium iuge.*
274	□	8	*Sexta ſabbati. Sacrificium iuge.*
275		9	*Sabbatum. Sacrificium iuge, & Sabbati.*
276	△	10	*Prima ſabbati. Ieiunium in memoriam obſidionis Nabucdonoſor, Sacrificium iuge.*
277		11	*Secunda ſabbati. Sacrificium iuge.*
278		12	*Tertia ſabbati. Sacrificium iuge.*
279		13	*Quarta ſabbati. Sacrificium iuge.*
280		14	*Quinta ſabbati. Sacrificium iuge.*
281	☍	15	*Sexta ſabbati. Sacrificium iuge.*
282		16	*Sabbatum. Sacrificium iuge, & Sabbati.*
283		17	*Prima ſabbati. Sacrificium iuge.*
284		18	*Secunda ſabbati. Sacrificium iuge.*
285		19	*Tertia ſabbati. Sacrificium iuge.*
286	△	20	*Quarta ſabbati. Sacrificium iuge.*
287		21	*Quinta ſabbati. Sacrificium iuge.*
288		22	*Sexta ſabbati. Sacrificium iuge.*
289	□	23	*Sabbatum. Sacrificium iuge, & Sabbati.*
290		24	*Prima ſabbati. Sacrificium iuge.*
291		25	*Secunda ſabbati. Sacrificium iuge.*
292	✱	26	*Tertia ſabbati. Sacrificium iuge.*
293		27	*Quarta ſabbati. Sacrificium iuge.*
294		28	*Quinta ſabbati. Sacrificium iuge.*
295		29	*Sexta ſabbati. Sacrificium iuge.*

MENSIS VNDECIMVS.

שבט Sebath, apud Hebræos, apud Ægyptios Tybi, vel Tydeſchi; apud Macedones Edrimos, vel Ethimos, apud Græcos Ιανουά-ριος Ianuarius apud Latinos, dierum 30.

Dies Anni.	Lunæ Phaſes.	Dies Menſis.	
296	☌	1	*Sabbatum feſtum Neomeniæ. Sacrificium iuge, Neomeniæ, & Sabbati.*
297		2	*Prima ſabbati. Sacrificium iuge.*
298		3	*Secunda ſabbati. Sacrificium iuge.*
299	⚹	4	*Tertia ſabbati. Sacrificium iuge.*
300		5	*Quarta ſabbati. Sacrificium iuge.*
301		6	*Quinta ſabbati. Sacrificium iuge.*
302	□	7	*Sexta ſabbati. Sacrificium iuge.*
303		8	*Sabbatum. Sacrificium iuge, & Sabbati.*
304		9	*Prima ſabbati. Sacrificium iuge.*
305	△	10	*Secunda ſabbati. Sacrificium iuge.*
306		11	*Tertia ſabbati. Sacrificium iuge.*
307		12	*Quarta ſabbati. Sacrificium iuge.*
308		13	*Quinta ſabbati. Sacrificium iuge.*
309		14	*Sexta ſabbati. Sacrificium iuge.*
310	☍	15	*Sabbatum. Sacrificium iuge, & Sabbati.*
311		16	*Prima ſabbati. Sacrificium iuge.*
312		17	*Secunda ſabbati. Sacrificium iuge.*
313		18	*Tertia ſabbati. Sacrificium iuge.*
314	△	19	*Quarta ſabbati. Sacrificium iuge.*
315		20	*Quinta ſabbati. Sacrificium iuge.*
316		21	*Sexta ſabbati. Sacrificium iuge.*
317	□	22	*Sabbatum. Sacrificium iuge, & Sabbati.*
318		23	*Prima ſabbati. Sacrificium iuge.*
319		24	*Secunda ſabbati. Sacrificium iuge.*
320		25	*Tertia ſabbati. Sacrificium iuge.*
321	⚹	26	*Quarta ſabbati. Sacrificium iuge.*
322		27	*Quinta ſabbati. Sacrificium iuge.*
323		28	*Sexta ſabbati. Sacrificium iuge.*
324		29	*Sabbatum. Sacrificium iuge, & Sabbati.*
325		30	*Prima ſabbati. Sacrificium iuge.*

MENSIS DVODECIMVS.

הדר Addar apud Hebræos. apud Ægyptios Mechir, vel Methi: apud Macedones Peridios. in Græco Φεβρουάριος. Latinè Februarius. dierum 29.

Dies Anni.	Lunæ Phaſes.	Dies Menſis.	
326	☌	1	*Secunda ſabbati. feſtum Neomeniæ. Sacrificium iuge, & Neomeniæ.*
327		2	*Tertia ſabbati. Sacrificium iuge.*
328		3	*Quarta ſabbati. Sacrificium iuge.*
329		4	*Quinta ſabbati. Sacrificium iuge.*
330	⚹	5	*Sexta ſabbati. Sacrificium iuge.*
331		6	*Sabbatum. Sacrificium iuge, & Sabbati.*
332	□	7	*Prima ſabbati. Sacrificium iuge.*
333		8	*Secunda ſabbati. Sacrificium iuge.*
334		9	*Tertia ſabbati. Sacrificium iuge.*
335	△	10	*Quarta ſabbati. Sacrificium iuge.*
336		11	*Quinta ſabbati. Sacrificium iuge.*
337		12	*Sexta ſabbati. Sacrificium iuge.*
338		13	*Sabbatum. Sacrificium iuge, & Sabbati.*
339		14	*Prima ſabbati. feſtum victoriæ de Nicanore à Iuda Machabæo. partæ. Ieiunium Heſter. Feſtum ſortium minus.*
340	☍	15	*Secunda ſabbati. Feſtum ſortium maius. Sacrificium iuge.*
341		16	*Tertia ſabbati. Sacrificium iuge.*
342		17	*Quarta ſabbati. Sacrificium iuge.*
343		18	*Quinta ſabbati. Sacrificium iuge.*
344	△	19	*Sexta ſabbati. Sacrificium iuge.*
345		20	*Sabbatum. Sacrificium iuge, & Sabbati.*
346		21	*Prima ſabbati. Sacrificium iuge.*
347	□	22	*Secunda ſabbati. Sacrificium iuge.*
348		23	*Tertia ſabbati. Sacrificium iuge.*
349		24	*Quarta ſabbati. Sacrificium iuge.*
350		25	*Quinta ſabbati. Sacrificium iuge.*
351	⚹	26	*Sexta ſabbati. Sacrificium iuge.*
352		27	*Sabbatum. Sacrificium iuge, & Sabbati.*
353		28	*Prima ſabbati. Sacrificium iuge.*
354		29	*Secunda ſabbati. planctus Iepte. Sacrificium iuge.*

De

De anni Hebraici ratione, vnde initium ſumat. Cap. XIII.

VIDENDVM remanet, quæ nam ſit Hebraici anni ratio, & menſium: Num à Martio principium habeat, vel à Septembre? ob diuerſas multorum opiniones nedum Latinorum, & Græcorum, verumetiam, & Hebræorum. Et ſi ab illis incipiat, num vno menſi triginta, alteri verò viginti nouem dies rectè deſcribendi ſint? Idq; ex eo occaſionem ſumit, cum calendarium ſic cōſtruxerimus, vt à Martio initium ſumat, menſesq; alios dierum triginta, alios vigintinouem poſuerimus, & tamen multi oppoſitum aſſeuerant, ſicq; perſpecta erit tota Neomeniarum quidditas. Caietan. 12. cap. Exod. explicans illud mēſis iſte vobis &c. inquit, primum anni mēſem lunationem eſſe, cuius oppoſitio eſt ad Solem in Ariete. Et inferius conſequenter (inquit Caietanus) perpendes, quod optimè primus anni menſis decretus eſt menſis lunationis, quam primo replet Sol in Ariete. Idq; proculdubio in Martio contingere fas eſt, cum eo tempore primum equinoctij ſignum Sol peragret, & ſigniferi. Hoc autem ita intelligendum eſt, quo primus menſis dies, & anni à nouilunio (vt par eſt) ſumat, quod optimè adnotauit. Hugo Cardinalis in cap. 12. Exod. ſuper illud menſis iſte vobis, &c. dum ſcripſit, Hebræos in Martio congruentius cæteris nationibus annum incipere. Verum Caietanus ſuper Geneſ. 8. cap. adhuc litem ſub Iudice eſſe dicit, aliis inchoantibus menſes à lunatione æquinoctij vernalis, alijs à lunatione æquinoctij Autumnalis. Si tamen mundi creatio in veris initio, Sole primum Arietis ſcrupulum intrāte, fuerit, clarum erit menſem ſecūdum eſſe lunationem ad Solem in Tauro relatam. Igitur primus menſis erit lunatio ad Solem in Ariete, ſicq; principium anni Hebræorum à Martio incipiet. Idemq; Lippomanus catena aſſerit. Mundi igitur inceptio quærenda eſſet. Circa quam magna eſt illuſtrium virorum diſſenſio, dum alij in ſectione verna, alij in ſectione æſtiua ipſum creatum putent. Virgilius æquinoctium vernum fuiſſe putauit, dum ſecundo Georgicorum libro ita cecinit.

Qui primus anni menſis iuxta Caietanum.

Hugo Cardinalis.

Lis eſt ſub Iudice de primo anni menſis Hebræorum.

Lippomanus Catena.

Virgilij opinio de tempore creationis Mundi.

Non alios prima creſcentis origine Mundi
Illuxiſſe dies, aliumve habuiſſe tenorem
Crediderim, ver illud erat, ver magnus agebat
Orbis, & Hybernis parcebant flantibus Euri, &c.

Ouidius itidem idem ſenſit, dum primo faſtorum cecinit.

Ouidij ſententia de tempore creationis Mundi.

Dic age. frigoribus quare nouus incipit annus?
Qui melius per ver incipiendus eart?
Omnia tunc florent, tunc eſt noua temporis ætas,
Et noua de grauida palmite gemma tumet.

Et

Et modo formatis operitur frondibus arbor
Prodit & in ſummam ſeminis Herba ſolum,
Et tepidum volucris concentibus aera mulcent,
Ludit & in Pratis, luxuriaſq; pecus.
Tunc blandi Soles, ignotaq; prodit hirundo,
Et luteum celſa ſub trabe figit opus.
Tunc patitur cultus ager, & renouatur aratro,
Hæc anni nouitas iure vocanda fuit.

Varia Hebræorum ſententia de tẽpore creationis Mundi. Rabbi Eliezer. Alphons' Toſtatus. Rabbi Eliezer ratio, mũdum creatum fuiſſe mẽſe Septembris. Placitũ Rabbi Ioſuè de Mundi inceptione. Athenienſes & Græci, vnde ſumuunt anni initium. Romani, & Arabes quando mundum inceptum putant. Solinus. Firmius. Pauli Cruſij opinio, & aliorũ de mundi inceptione. Prima ratio. Secũda ratio. Tertia ratio. Quarta ratio

Verum inter Hebræos maxima de inceptione anni eſt concertatio. Aliqui enim Rabbi Eliezer præcepta ſequentes annum Septembris menſe incæpiſſe dicũt. Ita docet Alphonſus Toſtatus Epiſcopus Abulenſis ſuper 7.cap.Gen.& Lyranus eodẽ loco. Vbi ſcribit, Rabbi Eliezer, & ſequaces dicere, quod Menſis ſecundus (ille de quo dicitur anno ſexcenteſimo vitæ Noë) apud Hebræos nuncupatur Mareshuan: qui apud nos eſt October. Igitur primus anni menſis eſt September: In quo enim arbores in ſuis fructibus perfectæ ſunt. Cumq; à primordio ſic ſint productæ: ob id mundus illo menſe creatus videtur. Dicunt igitur hunc menſem ſimpliciter primum in anno. Alij vero Rabbi Ioſuè documenta amplectuntur, qui docuit annum incepiſſe in Martio: eumq; menſem eſſe primum. Quocirca relictis cæterarum nationum opinionibus de Mundi inceptione, ſicuti Athenienſium, & Græcorum, qui à ſolſtitio æſtiuo anni principium ſumebant: Romanorũ, qui à Solſtitio Hyberno: Arabum, qui ab ingreſſu Solis in Leonem (vt Solinus docet, & Iulius Firmius lib. 3.tradit). Hoc ſciendum eſt, Doctores in duas ſe diuidere partes: alias primam, cæteros ſecundam opinionem ſectantes. Paulus Cruſius in libello de Epochis, quẽ complures ſequuntur in ſectione æſtiua, mundum creatum eſſe probat efficaciſſimis rationibus. Primo auctoritate Rabbi Eliezer in Geneſ. & confirmatione Rabbi Abraham in cap. 7. Danielis ex agnominatione vocabuli primi in Geneſi ראשת reſcit quod ſignificat initium: & per *ἀναγραμματίσμον*, ideſt earundem literarum conuerſionem, arcanũ menſis Septembris: qui תסרי Thiſri Iudæis dicitur, habet; vt pro בראשת Bereſchit intelligamus בתסרי Bethisri. Rurſus ex Moyſis teſtimoniis in Exodo; Nam cap. 12. Hebræis præcipitur à Domino Deo, vt menſem liberationis ſuæ Niſan ſcilicet, pro anni exordio in poſterum obſeruent: ex hoc ergo aliud fuiſſe anni initium temporibus antiquis demonſtratur. Rurſus cap. 23. dicitur diem feſtum coles in exitu anni, cum fruges in horrea congregaueris: igitur, ſi in eo feſto anni exitus fuerit, circa idem feſtum, primum noui fuiſſe neceſſum eſt. Amplius ex deſcriptione anni in diluuio, oſtenditur annum, initium ſumpſiſſe in æquinoctio autumnali. Quandoquidem ſecundus menſis eſt principium, & finis diluuij, ſed iuxta Ioſephum, Mareshuan eſt ſecundus

men-

menſis, qui in ordinem ſecundus eſt à Thisri: igitur Mareshuan eſt initium, & finis diluuij. Ob id in ſacris literis is menſis Bul dicitur: quaſi Mabul, ideſt à diluuio. Igitur menſis Thisri. Qui noſtro correſpondet Septembri: principium anni fuit. Huius opinionis eſt Abulenſis ſuper cap. primum Geneſis inquiens: mundi creationem menſe Septembris, exiſtente Sole (in quarta creationis die), vel in fine Virginis, vel in prima Libræ parte, factam fuiſſe. Mouetur ex eo, cum in creatione orbis fructus maturos arbores habuerint: idq; proculdubio in Septembri accidere comperitur. Hanc ſequitur Lyranus ſuper c.7. Geneſ. & Exod. 12. & ſecundo Neemiæ 2. cap. Id quoq; tenet Burgenſis ſuper 12. cap. Exodi, motus auctoritatibus, vt ſupra. Et demum reliqui hanc ſequentes opinionem, illis ſacræ Scripturæ auctoritatibus innituntur. Alij verò, vt Beda, & Iunilius Doctores antiqui, moti illis verbis Geneſ. 1. germinet terra herbam virentem &c. tenet mundum verno tempore, in quo ſolent herbæ virentes apparere, & ligna pomis onuſtari, fuiſſe perfectum, & ornatum. Alij fundant ſe in illo Exo. 12. Menſis iſte vobis ſit primus in menſibus anni, qui eſt Martius, vt Hector Pinctus, & multi. Quoad Burgenſem, etſi anni reditum ad ſuum principium in Septembri collocet: reprehendit tamen eos, qui aiunt, Hebræos aliquando computaſſe annos à Mundi creatione: cum ante legem, penes hominum ætates, non mundi creationem, computatio attendebatur. De diluuio enim non dicitur Geneſ. 7. in anno creationis mundi, ſed in anno vitæ Noè &c. ſicq; explicãs illud Exo. 12. menſis iſte &c. non eſſe arguendum ait, antea populum Iſrael alium menſem pro primo habuiſſe; cum nullum talẽ habuerit: ſed ex hoc innuitur, quod modo dabatur eis ordo computandi annorum menſes: vt ſcilicet ob redemptionis beneficium ab illo menſe vernali initium ſumerent. Burgenſis obſcurè loquitur, nec quo tempore, mundi perfectio fuerit, ex eo clarè elici poteſt. Nihiloſecius quoad præſens ſpectat inſtitutum, omnes effugiemus dubietates, ac contradictiones: nam quid hac in re ſentiemus, ſtatim manifeſtabimus. Conciliatione igitur opus eſt: vt omnis pellatur ambiguitas; & de anni exordio illud adducendum eſt, quod docet Burgenſis loco ſupra citato. Duplex anni principium Iudæi obſeruant, alterum in menſe Niſan; à quo totius anni feſta connumerari incipiebant: & reliqua ad ſolemnitates ſpectantia (teſte Ioſepho lib. 1. antiquitatum cap. 5.) quem annum ſacrorum appellat Hieronymus Oleaſter in Pentatenchũ ſuper cap. Gen. 7. ciuilium verò Carolus Sigonius lib. 3. de Republica Hebræorũ cap. 1. & hic, ſi vocatur primus: clarum eſt id eueniſſe propter feſtorum inſtitutionem: Alterum à menſe Thisri, vnde iubilei annos, Sabbatorum, requiei, actionum, omniumq; contractuum enumerabant: vt ex Leuiti. 25. & Deutoronom. 15. habetur. Naturalis, & vulgaris à Sigonio

nun-

Menſis Thisri noſtro correſpondet Septembri.

Opinio Abulenſis de mundi inceptione Ratio eius.

Eiuſdem ſententiæ Lyranus, & Burgẽſis.

Bedæ, & Iunilij opinio, de tempore creationis mũdi. Et ratio eorũ Hectoris Pincti ratio, & aliorum fundamentum.

Burgenſis opinio, Hebræos aliquando cõputaſſe annos penes hominum ætates, & non aliter.

Obſcura Burgenſis explicatio.

Opinionum conciliatio.

Duplex anni principiũ apud Hebræos Ioſephus.

Hieronymus Oleaſter.

Carolus Sigonius.

nuncupatus: ab Oleaſtro annus in rebus profanis. Primus in æquinoctio verno ante Hebrçorum receſſum ex Ægypto à Deo opt.Max.præſcriptus, ſecundus à mundi initio ſub æquinoctio autumnali eſt inſtitutus: in quo mundum creatum eſſe arbitrantur Iudæi. Hoc quoque edocet Ioannes Lucidus lib. 1. de emendatione temporum cap. 2. Didacus Couarruuias Toletanus lib. 4. variarum reſolutionum: & his temporibus. Hieronymus de la Rua Toletanus Doctor Theologus cōtrouerſiarum Theologicarum partim poſitiuarum, partim ſcholaſticarum, parte prima controuerſia prima poſitiua. Id autem ſic eſt intelligendum, quod primus menſis anni Hebræorum ſemper à principio lunationis propinquioris æquinoctij verni (ſi ſacer eſt) exorditur, vel ſi profanus à principio lunationis propinquioris æquinoctij æſtiualis; ſiue lunationis principium ſit ante æquinoctium, ſiue poſt, ſiue ibidem; Quamuis Ioannes Geneſius Sepulueda in epiſtola, quam Gaſpari Cardinali Contareno de ratione ſcribit: primum menſem Hebræorum ſumi in lunatione poſt æquinoctium vernum doceat.

Ioānes Lucidus. Didacus Couarruuias. Hieronymus de la Rua. Initium primi mēſis anni ſacri, & profani Hebræorum. Io. Geneſius Sepulueda. Gaſpar Cardinalis Contarenus.

De tempore creationis Mundi. Cap. XIIII.

Propria opinio de tēpore creationis mundi. Prima ratio. In creatione mundi Sol in quo ſigno reperiebatur. Alphōſ' Rex Petrus Alliacenſis Card. Valens Antiochenus. Arabum, & Aegyptiorū opinio, in mūdi creatione, in quo ſigno Sol reperiebatur. Petoſyris, & Necepſo ſententia, in qua parte ſigniferi Sol creatus fuit. Primæ rationis cōfirmatio.

CREATIONEM Mundi in verna ſectione factam fuiſſe, cum rationibus depræhendimus: tum grauiſſimorum hominum auctoritatibus. Idq; nobis primo perſuadet Solem creatum in Ariete; cumq; in verna ſectione illud peragret, primus anni mēſis Martius ſimpliciter erit, non September. Huius rei negotio teſtimonium adhibent viri illuſtres, & Mathematicarum ſcientiarum diſertiſſimi, qui Mundi cōſtitutionem communiter exiſtente Sole in prima, vel in ſecunda Arietis decamoria decernunt. Quemadmodū Alphonſus Hiſpaniarum Rex. Petrus Alliacenſis Cardinalis. Valens Antiochenus, & reliqui; Præter Arabes, & Aegyptios, qui Sole exiſtente in primis Libræ partibus, mundum cæptum ſtatuunt: & Petoſyris, & Necepſo Aegyptiorum Reges cum Aeſculapio, & Annubio in quintadecima Leonis parte creatum eſſe iudicant. Confirmant totum negotium cæleſtium contemplatores, qui annuas conuerſiones mundi reuolutiones nuncupatas, ab ingreſſu Solis in Ariete ſupputant, ab eoq; futura, quę vel neceſſario, vel, vt in pluribus eueniunt, pronoſticantur; vt ſunt ventorum flatus, aeris qualitates. niues, grandines, pluuiæ, nimbi, tonitrua, corruſcationes, terremotus, ſiccitas terræ, vel humiditas. Annonæ penuria, ſeu fertilitas ex cæli ſtatu vaticinatæ. Reuolutio verò cum ſit tempus illud, quo Sol ad idem æquinoctium, vel Solſtitium, aut alium certum locum reuertitur: quem dato aliquo certo initio occupauerat; Quis

tam

tam hebetis ingenij erit, ne dicam obſtinati animi, vt non videat anni exordium in Martio fuiſſe: cum eo tempore Sol Arietem ingrediatur, abeoq; mundi conuerſionem condant? Iam omnia (ſi aliud principium eſſet) confuſa eſſent, locaq; omnia eſſent commutata, & in maximum verſarentur errorem hi, qui mundi reuolutiones ab ingreſſu Solis in primum Arietis ſcrupulum conſtituerent: Immò Mundus in tenebris totus moraretur. Cumq; ita ſit, vt ab illo conuerſiones excerpant, & ex cęli themate futura, quæ vt in pluribus eueniunt, prædicant: verum erit, quod ſignum in quo fuit Sol ab initio cõſtitutionis eius, non Libra, neq; Leo fuit, ſed Aries. Ergo primus anni menſis, in quo Mundi conſtitutio facta fuit, congruentius Martius, quam Septembre. Illuſtrior apparet opinio, cum motus omnes aſtrorum à loco inter ſectionis eclipticę octauę ſpherę cum æquinoctij circulo, quę ſola initium eſt arietis computent, & ab ea partes, & ſigna computanda cenſeant. Ob id Ptolomæus Arietem Solis carpentum decreuit, in cuius initio cõtingit ſectio verna. Eſt & ratio Franciſci Bordini Corrigenſis Philoſophi, & Medici in ſua Chiliade Reſponſo. 338. à Cardinalibus deſumpta ſignis, quæ à nobis ſic extenditur. Ab vno quatuor punctorum neceſſario videtur fuiſſe inchoandum, ſi mundus principiũ habuit; Cum enim Deus omnia innumero, pondere, & mẽſura ſapienter fecerit, congruentius eſt à Cardinalibus ſignis inchoaſſe, quam à reliquis: Hęc enim ſunt minus inſignia, illa autem illuſtriora, nam ibi ſunt maxime Solis ſtationes, quæ mutationum rerum cauſa ſunt. Sed non à ſolſtitialibus, puta à Cācro, vel à Capricorno, ob maximas dierum, & noctium inæqualitates, ergo ab vno æquinoctiorum, vbi eſt æqualitas: non à Libra, quam in Septembri Sol permeat, cum ſit Meridionale ſignum, (præſtant enim Septentrionalia Meridionalibus) ergo ab Ariete. Eſt enim Septentrionale ſignum, & cæterorum principium; ſed in Martio id Sol replet, igitur Mundi inceptio ibi facta eſt, ſed obiicies. Cum Auſtralium ſignorum medietas per longitudinem accepta; aliqua verſus Boream tendat, aliqua verſus Auſtrum: reſpectu alterius medietatis proximioris poſt Eclipticam dicetur, vel Borealior, vel Auſtralior; ſicq; aliquantulum ratio deficiet, cum illa ſigna ſint etiam Borealia: ſed quicquid ſit parum obeſt, relata enim Borealia ſunt, non abſolutè. Verum noſtram adducamus rationem. Sicut enim tenentes mundi æternitatem, ſi motus incępiſſet, ab Oriente cępiſſet, ſentiunt: ita, ſi Sol inciperet moueri, ab Ariete inciperet moueri. Nam ſcribit Caietanus ſuper 12. Exod. caput, Philoſophorum eſſe ſententiam, ſi Sol incępiſſet moueri, quod ab Ariete cępiſſet: quæ tamen propoſitio ex eo robur trahit; Quod ſicuti Orientis pars à qua iuxta Philoſophorum placitum, ſi motus incępiſſet ab Oriente cępiſſet, præſtantior eſt cęteris, ita cum ſignorum omnium Aries ſit Princeps,

Reuolutio quid ſit.

Secunda cõfirmatio.

Motus oẽs aſtrorũ à quo loco Eclipticarum cõputandi.

Ptolomæus.

Solis carpẽtum quod ſignum.

Secunda Ratio.

Franciſcus Bordinus.

Cur cõgruẽtius à Cardinalibus ſignis quàm ab alijs mũdũ cępiſſe credendum eſt.

Signa Septẽtrionalia mobiliora ſunt Auſtralibus.

Obiectio.

Obiectionis dilutio.

Tertia ratio propria.

Oriẽtis pars præſtantiorẽ cęteris cęli partibus.

ceps, & caput, & præſtantius, à quo rerum propagatio Sole in eo exiſtente, oritur: ſi Sol incępiſſet moueri, ab Ariete cępiſſet; cum præcipuè ſit vitæ cauſa. Nam Sole Arietem circumeunte, videmus rerum omnium generationem fieri. Vide Ariſtotelem 2. de Generat. text. com. 58. ſed iuxta fidei Catholicæ documenta, Mundus habuit principium ſui eſſe; In principio creauit Deus Cœlum, & terram, Geneſ. 1. & Io. 1. omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil. Et Pſal. 148. dixit, & facta ſunt, mandauit, & creata ſunt: Igitur in Ariete cæpit moueri. Hoc ſignum in Martio à Sole repletur: primus ergo anni menſis, in quo Mundus productus eſt. Martius fuit, & non alius. Sunt, & ſacræ Scripturæ auctoritates, & illud Exo. 12. Menſis iſte vobis primus erit in menſibus anni &c. Vbi vult Burgenſis ex huiuſmodi auctoritate non poſſe argui antea Hebræos aliud anni exordium habuiſſe: ſed quia modo dabatur eis ordo cōputandi menſes. Ergo primus anni menſis non fuit September, & Leuit. 23. Menſe primo quartadecima die menſis Phaſe Domini eſt. Menſis primus iuxta Doctores Martius eſt. Et inferius. Menſe ſeptimo prima die menſis erit vobis Sabbatum memoriale &c. Menſis ſeptimus eſt September in cuius initio feſtum Neomeniæ, & Tubarum celeberrimum recolitur. Sunt, & aliæ, atq; ſimiles auctoritates, ſed hæ ad intentum ſufficiant.

Aries nobilior eſt cæteris ſignis.

Mundus habuit initium.

Geneſis.

Ioannes.

Sol in Ariete cæpit moueri

Exodus.

Burgenſis.

Menſis prim⁹ Qui?

Menſis ſeptimus Qui?

De teſtimonijs Doctorum circa tempus creationis Mundi. Cap. XV.

ET ſi, quo tempore mundus productus fuerit ſatis rationabiliter demōſtratum ſit; clarius tamen apparebit intentum, ſi Doctorum teſtimonia afferantur. Cum enim res ad ſacram pertineat ſcripturā: quamuis non de tempore, ſed de orbis Exordio ſit articulus fidei; nihiloſecius maior emerget certitudo, Doctorum auctoritatibus: præſertim Auguſtini: Ambroſij, & Hieronymi Eccleſiæ luminum D. Auguſtinus quæſtionum ſuarum ex nouo Teſtamento ſecunda parte. quæſt. 55. expreſſè tempus creationis mundi his verbis inſinuat. Quid cauſæ fuit, vt illo tempore crucifigi ſe permitteret Dominus, quo octauo kal. Aprilis Paſcha acturi erant Iudæi? Omnia propriis locis, & temporibus, egit Saluator. Vt enim omnia ſe voluntate Patris rectè cōdidiſſe doceret, tunc voluit paſſione ſua mundum redimere, & reformare: quando eū, & creauerat, ideſt in æquinoctio: vnde mundus initium cæpit, & dies ſuper noctem increſcere. In Regno itaq; agens Romano, nō niſi octauo kal. Aprilis pati debuit, quando æquinoctium habent Romani: Tūc enim vtiq; primum hæc pars mundi illuminata eſt: & ex eo dies incrementum cæpit accipere. Ideoq; & Paſſione Saluatoris à morte libera-

Primum teſtimoniū D. Auguſtini.

Quo tempore Deus creauit mundum, eò reparauit.

Quo die menſis Martij paſſus eſt.

Chriſt⁹ iuxta D. Auguſtinū

ta, &

ta, & à tenebris ad lucem perducta eſt. Nulla itaq; vituperatio auctoris poterit videri, quando lapſam creaturam tunc reformauit: quando & fecerat. Nec enim reprehendi poterit rei lapſæ initium creationis, cum ad id redeat inſtauratio Paſchæ: eadem enim die, voluit eſſe renouationis gaudium, quo fuerat, & dedicationis. Ergo myſterium hoc continet, vt ſalus mundo tunc redderetur, quando illam acceperat. Et in quæſtionibus ex vtroq; mixtim quæſt. 106. inquit. Luce ergo facta, & curſum duodecim horarum impleto, totidemq; & noctis ſpatio peracto, æquinoctium fuit in primo die, & exinde cæpit dies increſcere ſuper noctem tribus ſcilicet menſibus. Qui ſunt tempus veris. Et paulò inferius. Et fit æquinoctium primi temporis, quando Deus mũdũ creauit. Qui dies intelligitur eſſe vndecimo Kal. Aprilis, quando primus dies Paſchæ eſt, ideſt primus dies primi menſis. Et paulò inferius. In principio etenim facta Luna, fuit quartadecima: quia omnia plena ſunt facta: adde triduum à decimo veſpere, & hi ſunt tres dies ante luminaria: quæ fuerunt, vt vndecimo kal. Aprilis factus ſit mundus. Liquido conſtat ex hac Auguſtini digreſſione mundum cæptum eſſe in Martio. Verum videamus quid ſentiat Ambroſius. Qui libro primo Exameron, cap. 4. ſuper illud Menſis hic initium menſium erit vobis; ſic progreditur. Quamuis, & de tempore iſtud accipiatur, quia de Paſcha Domini loquebatur, quod veris initio celebratur. In hoc ergo principio menſium cælum, & terram fecit, quod inde mundi capi oportebat exordium: vbi erat opportuna omnibus verna temperies. Vnde annus mundi imaginem naſcentis expreſſit, vt poſt hybernas glaciales atq; hyemales caligines ſerenior ſolito verni temporis ſplendore, luceat. Dedit ergo formam futuris annorum cuniculis mundi primus exortus, vt ea lege annorum vices ſurgerent, atq; initio cuiuſq; anni produceret terra, noua ſeminum germina: quo primum Dominus Deus dixerat germinet terram herbam fæni, ſeminãs ſemen ſecundum genus, & ſecundum ſimilitudinem, & lignum fructiferum faciens fructum; & ſtatim produxit terra herbam fæni, & lignum fructiferũ, in quo nobis, & moderationis perpetuæ diuina prouidentia, & celeritas terræ germinantis ad æſtimationem vernæ ſuffragatur ætatis. Nam etſi quocunque tempore, & Deo iubere promptum fuit, & terræ obedire naturæ: vt inter hybernas glacies, & hyemales pruinas cæleſtis imperij fætu germinans terra fætum produceret: non erat tamen diſpoſitionis æternæ rigido ſtricta gelu in virides ſubito fructus laxari arua, atq; fouentibus prunis horulenta miſceri. Ergo, vt oſtenderet ſcriptura tẽpora in conſtitutione mundi, ait menſis hic vobis initium menſium primus eſt vobis in menſibus anni: Primum menſem vernum tempus appellans. Decebat enim principium anni principium eſſe generationis: & ipſam generationem mollioribus

Secũdum D. Auguſtini teſtimonium.

Tempore veris creatus eſt mũdus in æquinoctio.

Luna plena creata eſt iuxta D. Auguſtinum.

Quo die Martij factus eſt mundus?

D. Ambroſij ſententia de tempore creationis mũdi.

Cælũ, & terram fecit De' in initio veris.

Pulchra digreſſio.

Secũda Diui Ambroſij auctoritas de tẽpore creationis mundi.

bus auribus foueri. Et in libro de myſterio Paſchæ cap. 2. Eſt enim Paſcha verè anni principium, primi menſis exordiũ, nouella germinum reparatio. Ac terræ hyemis nocte diſcuſſa primi veris reſtituta iocunditas. Hoc inquam tempore viſibilium, & inuiſibilium conditor Deus, defixo humo, cæli machinam ſuſpendens, diem Solis ardore radiauit, ſplendorem Lunæ ſolatio noctis attribuit, pendentem cæli cameram ſplendentium ſyderum decorauit ornatu: Mare certis litorum finibus coercens: concanæ ſtridentis vndæ æſtũ metas ſtatuti limitis haud iuſſit excedere. Ex Ambroſij ſententia manifeſtum eſt, mundum in verno

D. Hieronymus.

æquinoctio creatum eſſe. Diuus Hieronymus de celebratione Paſchæ, (ſi tamen opuſculum ſuum eſt) inquit. Propter hanc vitæ nouitatem primus menſis in anni menſibus celebrationi huic attributus eſt: Nam

D. Baſilius.
Io. Damaſcenus.
Iuſtinus.
Euſebius Emiſſenus.
Rabbanus.

ipſe dicitur, & menſis nouorum. Ita quoq; ſenſerunt magnus Baſilius. Ioannes Damaſcenus, Iuſtinus, & Euſebius Emiſſenus. Rabbanus ſuper illud, menſis iſte vobis &c. Nunc apud Hebræos Niſan: apud nos Aprilem eſſe, explicat; Huncq; Hebræos primum obſeruare, quia decimoquinto Kalendarũ eius prima dies ſeculi fuit: quartadecima die, ſecunda: decimatertia, tertia: duodecima, quarta: qua Sol, & Luna

Prima dies ſeculi quo die menſis Martij fuit.
Strabi ſententia de menſe creationis mundi.

condita ſunt; & tunc primum æquinoctium fuit. De iſto menſe ita loquitur Strabus cæleſtium, & terreſtrium Doctiſſimus. Hic eſt Niſan, iuxta Hebræos, in quo factus eſt mũdus, cuius plenilunium poſt æquinoctium vernum ſemper attendendum eſt, in quo Populus Iſrael à ſeruitute Aegypti liberatur: & humanum genus ſanguine Chriſti à poteſtate Diaboli eripitur. D. etiam Athanaſius Græciæ ſplendor in li-

D. Athanaſij Placitum de de die in qua creatus fuit homo.

bro de variis quæſtionibus ſacræ Scripturæ ad Antiochũ, ſcribit, quinta die Martij, & viceſima Adamum creatum fuiſſe. Idq; in ſexto die factum eſt; Mundi igitur inceptio eo, non alio perfecta eſt menſe. Centum etiam teſtimonia adducere poſſemus pro huiuſce rei negotio: ſat ſint hæc, tamquam grauiora, in ſuperiorum enim dilutione obiectionum, illuſtrior apparebit veritas de mundi inceptione in Mar-

Pepinus.

tio, hæcq; eſt communis opinio, vt Gulielmus Pepinus 12. Exod. clauſula ſecunda ſcribit. Quamuis quidam literalis expoſitor Aegyptius primum anni menſem apud Iudæos ſimpliciter Septembrem dicat.

Petrus de Palude.

Teſtimonium hoc eſt, Petri de Palude, vt dicit Pepinus, vt ſupra. Et de menſe Niſan in quo creatus eſt orbis, an ſit Martius, vel Aprilis, vt Rabbanus, & Strabus aſſeuerare videntur, inferius dicetur.

Reſpon-

Reſponſa ad obiecta ſuperius poſita. Cap. XVI.

VErvm, quo huiuſce rei veritas clarior fiat, obiectis ſuprapoſitis mundũ in Septembri productum, fuiſſe ratiocinantibus ſatisfaciẽdum eſt. Et primo rationibus Pauli Cruſij, & ſequacum quas voluntarias, & ſine fundamẽto (ſi quis bene animaduerterit) inueniet. Si enim ex eo, prima robur habet, quia in Hebraicis literis arcana includuntur: ſicq; oppoſitum בראשית bereſchit בתשרי betisri ſignificabit: Vnum è duobus eueniret, vel ambo: Aut quod vbicumq; hoc nomen principium in ſacris poneretur literis, è regione betisri ſignificabit: quod incõgruum à ſcripturæ ſenſu. Et alienum perpenditur: aut quod omnes dictiones è conuerſo aliquid ſignificabunt. Quid igitur ſignificabit Helleſmot. Per literarum conuerſionem, quem nos Exodi dicimus, Vaijera, hoc eſt liber Leuiticus: Vajedaber, id eſt, Numeri, Elleadaberim, quod interpretatur Deutoronomiũ, ſicq; de reliquis. Iſta enim nomina principia librorum ſunt: eſt enim mos apud Hebræos (teſte Hieronymo in quæſtionibus ſuper Geneſim) vt voluminibus, ex eorum principiis nomina imponant. Arcana igitur Hebraicarum literarum non in earundem conuerſione conſiſtunt, ſed in vnaquaq; arcanum eſt, quia quælibet, numerum aliquem includit, aliquid ſupra hominis captum continentem (vt apud Cabaliſtas traditur) ſeu in literarum commutatione, & tranſpoſitione: De quo conſule Ioannis Pici Eptaplum, quo in loco cernes expoſitionem illius Geneſis primo. In principio creauit Deus cælum &c. Induſtrioſa potius inuentio eſt Rabbi Abraham, & Rabbi Eliezer, quàm aliter. Nam perinde eſſet, ac ſi ſcriberetur Roma, per anagrammatiſmum, amor ſonat. Igitur ex hoc argui poterit vbi reperiri Romam, cum è conuerſo amor exprimet, illum denotare? At amplius oſtendam id merè inuentum eſſe. Quandoquidem nomina Menſium. Quæ adhuc apud Hebræos extant: manifeſtum eſt non eſſe Hebraica. Non enim Niſan, Zium, ſiue Iſar: Siuan, Tamuz, Ab, Elul, Ethanim; ſiue Tiſri: Bul, ſiue Marcesuhan: Casleu, Tebeth, Sebath & Addar. Hebræa ſunt, ſed Syra? Mutuarũt à Syris Hebræi nomina menſium (vt inquit Hieronymus Oleaſter in Pentateuchum, ſuper 23. Leuitici cap. 1. vel Caldaica (vt docet Burgenſis ſuper 12. Exodi, & idem Oleaſter). Ante enim Babylonicam captiuitatẽ ita numerabant menſes, primus, ſecundus, tertius, quartus, quintus, ſicq; vſq; ad duodecimum. Poſt reditum verò ex captiuitate, Menſium nomina à Caldęis acceperunt; ipſiuſq; in poſterum vſi ſunt. Hoc clarum eſt in omnibus ſacræ Scripturæ libris, in quibus ſimilis Menſium ordo reperitur, præter in Eſdra, Heſter, & Machab. Nam Gen. 7. ſcribitur. Anno ſexcenteſimo

Dilutio primæ rationis Pauli Cruſij.

Hebraicæ dictiones nihil propriè ſignificant è conuerſo.

Hebręi imponunt nomina libris, ex principiis eorum.

Hebraicæ literæ quæ arcana habent.

Io. Picus.

Nomina menſium Hebręorum non ſunt Hebraica.

Hieronymus Oleaſter.

Burgenſis.

Hebræi ante Babilonicam captiuitatem quo numerabant menſes.

Hebræi poſt reditũ a captiuitate menſiũ nomina a qui b' acceperũt.

Geneſis. teſimo vitæ Noè, menſe ſecundo. Et 8. Requieuit Arca mēſe ſeptimo. Et vlterius. At verò aquæ ibant, & decreſcebant vſque ad decimum menſem. Decimo enim menſe, prima die menſis &c. Et in medio. Igitur ſexcenteſimo primo Anno vitæ Noè, primo menſe. Et paulò inferius. Menſe ſecūdo, ſeptimo, & viceſimo die Menſis. Et Exo. 40. Menſe primo. Prima die menſis eriges Tabernaculū &c. Et paulò inferius. Igitur menſe primo anni ſecundi; Et Leuit. 16. Menſe autem ſeptimo, decima die Menſis &c. Sunt, & aliæ quas omittēdas exiſtimamus, quoniam hæ ad intentum ſufficiunt. Afferamus & illas, quæ menſium nomina exprimunt. Et primò Eſdræ 2. cap. 2. factum eſt in menſe Niſan. Et 3. cap. 7. Et conſummata eſt domus noſtra vſq; ad tertiam, & viceſimam diem menſis Addar. Deinde Heſter. 3. menſe primo, cui nomen Niſan. Et inferius. Vocatiq; ſunt Scribæ Regis menſe primo Niſan. Et paulò inferius. Vno die, hoc eſt decimo tertio die Menſis duodecimi: qui vocatur Addar. Et 8. cap. Erat autem tempus tertij menſis. Qui appellatur Siuan. Poſtremò, Machab. 1. cap. primo die quintadecima menſis Caſleu. Et 4. Et ante matutinum ſurrexerunt quinta, & viceſima die Menſis noni, hic eſt menſis Caſleu. Et inferius. A quinta, & viceſima die menſis Caſleu. Si igitur ita eſt. Et cōſtet haud Moyſis tempore ipſam captiuitatem accidiſſe, ſed poſt multorum curricula temporum. Moyſes enim in tertia claruit ætate, circa annos creationis Mundi 3720. ſi credimus Faſciculo temporum. Seu paulò ante 3688. vt ſcribitur in Cronica magna, per Doctorem Hartmannum Schedel collecta, & Nurembergæ edita. Captiuitas verò facta eſt in quinta ætate, ſeu verius tranſmigratio. Anno à mundi Exordio 4610. à Cathaclyſmo 2369. à natiuitate Abrahæ 1427. quæ per ſeptuaginta annos durauit (vt in Cronica magna habetur) vel tranſmigratio iuxta placitum faſciculi temporum, accidit anno mundi 4611. ſeu verius 4634. Poſt tranſmigrationem templum fundari cæpit. Et Hiſtoria libri Eſdræ componi, idq; anno creationis mundi 4659. Itaq; magnum temporis interuallum inter Moyſen, & Babylonicam captiuitatem, tranſmigrationemq; decurſum eſt. Liber verò Geneſis, cùm à Moyſe conſcriptus fuerit, gentiq; ſuæ promulgatus: manifeſtum erit, nunquām Moyſen menſis Septembris arcanum intendiſſe; ita, vt prò Bereſchit, Betiſri acciperetur. Quandoquidem nomen hoc Tiſri incognitum omnino Moyſi, & genti Iudæorum, tunc temporis erat. Quod ſi alicui minimè placuerit huiuſmodi ſupputatio fatemur profectò nō eſſe omnibus numeris abſolutā. Illam ſaltem recipiat; quam in Sanctorum Patrum Græcorum monumentis, propè D. Methodij reuelationes reperimus: numerando ſcilicet tempus, quò exierūt filij Iſrael de Ægypto, quo tempore viuebat Moyſes. Erat enim annus creationis mundi 3752. Conſtructio verò templi, poſt Iudæorum tranſmigratio-

Marginal notes: Exodus. Leuiticus. Sacræ ſcripturæ auctoritates nomina mēſiū mexprimentes. Heſter. Machabæi. Moſes quādo claruit. Faſciculus tēporum. Hartmannus Schedel. Hebræorum captiuitas, ſeu tranſmigratio quo tēpore facta. Templi fundatio, & librorū Eſdræ cōpoſitio. D. Methodi⁹. Moſes quādo claruit iuxta aliam ſuppūtationem.

tionem è Babylone, facta eſt anno creationis mundi 4527. Differentia annorum eſt 785. quæ ſi alicui non videbitur præciſa, & vellet Hebraicam ſciat iuxta Hebraicas ſupputationes, Moſen natum anno mundi 2368. migraſſe ex Ægypto anno mundi 2448. anno ætatis ſuæ 80. mortuus eſt in itinere annorum 120. A mundi condita vſq; ad còditum alterius templi, quod fuit in reuerſione à Babylone in qua captiui fuerunt Hebræi, annorum ſpatio 70. præcucurrerunt anni 3408. Conſtat igitur ſaltem ab ingreſſu Iſraelis in terram promiſſionis, in qua nō introiuit Moſes, annos præcucurriſſe 920. Tanta igitur temporis intercapedo conijcitur à Moſe vſq; ad tranſmigrationem è Babylone, ſi ſequamur ſpicilegium, computi Hebraici in æra annorum mundi. Nam iuxta aliorum opinionē; duobus annis minor eſt ſupputatio hæc Hebraica, altera. Quare ſi quis ſequi maluerit alias ſupputationes, quæcumque ſint illæ: palam erit quod inter Moyſen, & Babylonis tranſmigrationem, multorum, multorumq; annorum, intercapedo extiterit: quo tempore nominum menſium vſus, apud Hebræos inoleuerit. Et quamuis Ethanim, qui eſt etiam menſis ſeptimus 3. Reg. 8. tangatur: Et de menſe Zio 3. Reg. 6. qui eſt menſis ſecundus; dicendum eſt hæc nomina menſium. Et alia ſi reperiantur, non fuiſſe cōmunia apud totum Populum; vnde nec remanſerunt ſecundæ rationi iam reſponſum eſt, ex dictis Burgenſis ſupra cap. 14. Tertiæ rationi reſpondebitur inferius. Quartæ vero ratione ſatisfit. Secundū menſem eſſe principium, & finem Diluuij, ſed hunc eſſe mare ſuhan falſum eſt, quicquid dicat R. Eliezer, & Ioſephus. Quorum auctoritas poſtponenda ſemper eſt Sanctorum auctoritati, & Doctorum. Quandoquidem manifeſtato oppoſito, ſcilicet mundi productionem menſe Martio factā fuiſſe, partim rationibus, partim placitis, Mareſuhan octauus erit. At quando obiicitur, ex hoc Mareſuhan eſſe. Secundum menſem, cum is menſis Bul quoque vocetur, quaſi Mabul, ideſt à Cathaclyſmo: hoc eſt eum eſſe. Menſem, in quo Diluuium accidit; Reſpondetur hoc nomen Bul non eſſe merè Hebræum, ſed vel Syrum, vel Caldaicum, (vt paulò ſuperius de reliquis dictum eſt) licet enim Mabul Cathaclyſmum ſignificet, ergo & Diluuij mēſem ſignificabit? Amplius male interpretatur verba Geneſ. 7. anno ſexcenteſimo vita Noè, menſe ſecundo. Septima. Et viceſima die menſis ſumentes menſem ſecundum pro diluuij menſe, tanquàm principium, & finem ipſius. Huncq; eſſe Octobrem: cum Ambroſius Sanctæ Eccleſiæ ſplendor in libro de Arca, & Noè cap. 14. ſentiat. Diluuium tempore veris factum fuiſſe, vt maior oriretur in illis dolor. Sic enim inquit. Eſt etiam illa non perfunctoria conſideratio, quòd ſexcenteſimo anno vitæ Noè vigeſima ſeptima menſis ſit Diluuium; ſecundum menſem verni eſſe temporis nō ambigitur: quando augentur naſcentia. Ager parturit fructus &c. Et paulò in-

Templi conſtructio quo tēpore facta fuit?

Moſis ortus diſceſſus ex Aegypto: & interitus.

Temporis interuallū inter Moſen, & trāſmigratio nem Babylonis.

Vſus nominū menſiū apud Hebræos.

Secundæ rationi ſatisfactū eſt ſupra.

Quartæ ratio nis dilutio.

Nomen mēſis Bul nō eſt Hebræū, ſed Syrum, vel Caldaicum.

D. Ambroſij teſtimoniū de tempore diluuij.

lò inferius. Ideò non poſt collectos fructus infunditur aqua: ne beneficium, magis quam diluuium terra ſentiret. Et paulò inferius ait:

Initium, & finis diluuij eodem tēpore fuit.

Ceſſationem diluuij fieri eo tempore, quo incepit. Verno ſcilicet tempore. Et 16. capite. Eodem menſe, atq; eodem die reſtituitur æqualitas terræ poſt diluuium, quo corrupta eſt incipiente diluuij infuſione. Veris enim tempore omnis ager viret, & terra parturit fructus: tunc

Menſis ſecundus qui.

incipiunt gemmare arbores, germinare fructus; menſe igitur ſecundo, hoc eſt Aprilis. Primus enim menſis, Martius eſt, quo habet iuſtus natalem (quando noctiū, dierumq; æqualitas æſtimatur: hoc eſt octauo, (vt Romani putant) vel vt alij quinto Cal. Aprilis, menſem inquam ſecundò, hoc eſt Aprili, ſeptima, & viceſima menſis cæpit diluuium. Ver igitur initium anni æſtimatur, non ſecundum vſum temporis (nam pleriq; in Septembri eius initium iudicarunt) ſed ſecundum prærogatiuam: vt quia tunc ſpecies anni inchoat, & incipit ſe fructus oſtendere; tunc videtur anni eſſe principium. Septimus anni Menſis, ſecundum numerum, is qui September dicitur, computatur: quia etſi à Septēbri menſe annus inchoare videtur, ſicut indictionum vſus oſtendit (tunc enim ſeminum iactus) verè tamen ex quo plenior gratia ſe incipit demōſtrare: ex eo anni origo ſubducitur. Et ideo qui alia ratione primus putatur: diuerſa æſtimatione ſeptimus habetur.

Gloſſa interlinearis ſecū dum mēſem, quem vocat. Strabus. Rupertus. Hugo Cardinalis.

Præterea gloſſa interlinearis illud Gen. 7. & 8. menſe ſcilicet ſecundo, ſic explicat; qui à Latinis dicitur Maius. Eodem modo Strabus, & Rupertus, Hugo Cardinalis Iar, hoc eſt Aprilis. Num verò primus, & ſecundus Hebræorum menſis noſtro correſpondeat Martio, vel Aprili, ſeu Maio: inferius dicemus. Sed quod faceſcit negotium viris doctiſſimis, duæ ſunt auctoritates, quæ oppoſitum aſſeuerare videntur.

Obiectio prima ab auctoritate. Fundamentū Rabbi Eliezer, & Abulēſis Achilles

Altera eſt Geneſ. 1. Germinet terra herbam virentem, & facientem ſemen, & lignum pomiferum faciens fructum iuxta genus ſuum, cuius ſemen in ſemetipſo ſit ſuper terram; & factum eſt ita: fundamentum Rabbi Eliezer, & ſequacum, quod etiā Abulenſis Achilles eſt. Et multorum. Altera eſt Exod. 23. ſolemnitatem quoque (ſupple cuſtodies) in exitu anni, quando congregaueris omnes fruges tuas de agro: ex

Obiectio ſecunda. Cōfirmatio.

quibus ſic argumentatur. Fructus maturi cum menſe Septembri colligantur, hosq; in creatione iuxta prædictam ſententiam, Deus creauerit, igitur illius productio tunc temporis facta eſt. Confirmatur illo Deutoron. 33. Dei perfecta ſunt opera: Gen. 2. ex omni ligno Paradiſi comede, de ligno ſcientiæ boni, & mali, ne comedas, & 3. Vidit igitur mulier quod bonum eſſet lignum ad veſcendum, & pulchrum oculis, aſpectuq; delectabile: & tulit de fructu illius, & comedit, deditq; viro ſuo: qui comedit &c. ex quo fructus maturos tunc reperiri habetur.

Tertia ratio, vt ſupra.

Rurſus ex ſecunda ſententia. Vbi eſt exitus anni, ibi eſt & principium; ſed in eo congregantur fruges de agro idq; non euenit niſi in Septembri,

bri, in feſto tabernaculorum, ergo ibi eſt, & principium. September igitur anni caput ſimpliciter eſt.

Reſponſio ad primam obiectionem.

Primæ obiectioni dicitur illam auctoritatem noſtræ potius fauere opinioni. Quandoquidem Beda. Et Iunilius,(vt dictum eſt)ex hoc verno tempore mundum creatum probant, quia in illo ſolent herbæ virentes apparere, & ligna pomis onuſtari. Hac quoque auctoritate mouetur gloſſa; & cũ Damaſceno lib. 2. idem dicit.

Beda. Iunilius. Gloſſa. Damaſcenus

Rationi tamen dicendum eſt, quòd ſi in æſtiua ſectione iuxta naturæ ordinẽ fructus maturi colligantur: non tamen ob id mundum menſe Septembri productum exiſtimandum eſt. Sicut enim Deus ad vnam iuſſionis vocem, præter naturæ ordinem, mũdum creauerat, ita poterat (ſicuti & de facto fecit) præter naturæ curſum in tempore ſuo, & herbas florere, & arbores germinare, fructificariq́; : quo totius orbis productio ſupra naturæ vires oſtenderetur.

In mũdi creatione præter naturæ ordinem Herbæ floruerunt, & arbores fructificarunt.

Putat ergo Abulenſis, & ante eum Rabbi Eliezer, cum ſequacibus, in rerum creatione, Deum ſeruaſſe naturæ ordinem: id abſurdum eſt. Quandoquidem non ideo menſe Septembri mundum Deus creauit, quia tunc fructus maturos habemus; cum id iuxta naturæ curſum accidat. Verum ſi maturi eò colligantur tempore; eſt, quia Deus, producto mundo, præcepit naturæ, vt illo menſe in poſterum, & herbæ creſcerent, & flores extenderentur, & arbores germinarent: & fructus facere poſſet. Nec mirum videri debet, cum in prima rerum creatione, tum menſe Septembri duplicem factam eſſe fructuum collectionem; cum etiam ſub æquinoctiali in Iaprobana Inſula Iſidorus 4. Ethimologiarum ſuarũ. Et Solinus in Polyſtore, duplex ver, duplex hyems, & duplicem arborum fructificationem ſingulis annis fieri aſſeuerant.

Duplex ver, & duplex hyems vbi. Iſidorus. Solinus.

Alteræ vero, quæ fortius mundum in Septembri productum probat, huiuſmodi ſatisfit diſtinctione.

Terræ rationis diluuio.

Exitum anni dupliciter conſiderari poſſe, vel in ſe, id eſt quo ad dierum, menſiumq́; expletionem, vel quò ad fructuum collectionem:

Anni exitus duplex.

Dicit ergo illa auctoritas, in exitu anni, non quia September vltimus menſis ſit anni: ſed quia vltimus in fructuum collectione, adunationesq́;. Huius ſententiæ eſt Caietanus 23. Exodi, & ante eum Hugo Cardinalis.

Explicatio auctoritatis ſupradictæ. Caietanus. Hugo Cardinalis.

Et verè ſic eſt. Nam duplex frugum collectio erat apud Iudæos, prima menſe Martio (quemadmodum in Calendario fiximus) de qua Exodi 23. Et ſolemnitatem menſis primitiuorum operis tui quæcumq; ſeminaueris in agro. Et 34. ſolemnitatem hebdomadarum facies tibi in primitijs frugum meſſis tuæ triticeæ. In Ægypto, & Syria menſe Martio fruges matureſcere incipiebant. Auctor huius eſt Philo lib. 3. de vita Moyſis.

Duplex frugũ Collectio apud Iudæos. In Aegypto, & Syria, quo menſe fruges matureſcebant.

Et inferius. Primitias frugũ terræ tuæ offeres in domo Domini Dei tui. Vnde etiam ſecundum Ioſephum, illud, tempore menſis nouorum &c. explicatur, ideſt Martij, ſeu (vt adnotat gloſſa interlinearis) Aprilis. Quo obſeruabatur à Iudæis frugum prima collectio, ſpicæ colligebantur, & igni torrentes, & mani-

 bus

bus confricantes, offerebantur primitiæ Domino: de quibus parum imponebatur ſacrificio; reliquum erat Sacerdotis: quo facto, cuique metere licitum erat. Vltima collectio menſe Septembri fiebat, de qua 23. Leuit. & 29. numeri, & alibi fit mentio. Sic quoq; interpretatur illud Exodi 34. ſolemnitatem (hoc eſt) facies, quando redeunte anni tempore cuncta conduntur, non quod menſis, quo cuncta conduntur. Sit principium anni redeuntis ad ſuum tempus ſimpliciter: niſi quò ad vltimum fructuum collectionem. Quapropter primum anni menſem Hebræorum non Septembrem abſolutæ, ſed Martium extitiſſe omnino arbitramur. Idq; nobis perſuaſerunt, tum rationes, tum grauiſſimorum hominum auctoritates. Et ſi credimus Gulielmo Pepino 12. Exodi. Clauſula prima: ſcribit, communiter teneri mundum in Martio factum fuiſſe. Rabbanus, & Strabus in Aprili autumant. Sed hanc diſonantiam ſtatim conciliabimus. Et quamuis Caldęus Paraphraſtes locum illum. 3. Reg. 8. ſic explicuerit. Conuenerunt ad Regem Salomonem in menſe fortium, feſto die, quem olim primum appellabant, at is nunc eſt ſeptimus; non propter id cenſendum eſt primũ anni menſem abſolutæ, eum eſſe, qui nunc apud Iudæos eſt ſeptimus, quoniam iuxta eorum opinionẽ loquitur, qui in ſeptimo menſe totius orbis machinam factam credunt; & hi ſunt Ægyptij: à quibus huiuſmodi opinio ad Hebræos deriuata eſt. Superius iam diximus Ægyptios menſe Septembri orbem conditum iudicare. Et Petrus de Palude (teſte Pepino, vt ſupra) ſcribit, quendam expoſitorem literalem Ægyptium ſentire primum anni menſem ſimpliciter eſſe ſeptimum; cum in eo mundus creatus fuerit. Vnde diuturnum (vt reor) Iudæorum cõmercium cum Ægyptiis, peperit; vt ex Iudæis quamplurimi id opinarentur; & vſque ad præſentem diem adeò inoleuit ſententia hæc, vt maior eorũ pars, oppoſitum aſtruere videatur.

Vltima frugũ collectio quãdo fiebat.

Concluſio.

Gulielm⁹ Pepinus.

Rabbanus.

Strabus.

Paraphraſtis explicatio.

Petrus de Palude.

Hebræi ab Aegyptiis acceperũt mundum creatum eſſe menſe ſeptembri.

Menſis Niſan, cui correſpondet Martio, vel Aprili noſtro. *Cap. XVII.*

TOT ſententiæ, tantæq; opiniones, cui menſium noſtrorum Niſan, correſpondeat, dictæ ſunt: vt niſi concilientur manifeſtam quippe continebunt diſſonantiam. Aliquando enim Martio, quandoque Aprili legitur correſpondere ſimiliter de ſeptimo menſe, qui vocatur Tisri, quandoq; legimus, Septembri, aliquando Octobri, conuenire. Hanc ob cauſam quæ ſit huius rei veritas, determinãdum eſt. D. Thomas Aquinas 4. ſenten. diſt. 15. quæſt. 3. art. 3. quæſt. 1. in reſponſione ad quartum argumentum. Primum Hebræorum inquit, menſem Aprilem eſſe. Huius

D. Thomæ opiniõ de primo Hebræorum menſe.

ius opinionis eſt Rabbanus, qui explicãs illud 12. Exod. menſis iſte &c. ait. Hic eſt apud Hebræos Niſan; apud nos Aprilis. Idem ſentiũt Strabus, Lyranus, Rupertus, vt ſupra: & magiſter in hiſtorijs, teſte Dionyſio Carthuſiano 12. Exodi. Idem quoque de conſecratione diſtinct. 3. C. celebritatem ſcribitur, ſcilicet. Qui menſis apud Hebræos appellatur Niſan, apud nos verò Aprilis. Similiter diſtinctione 75. nempè, Primus menſis hoc eſt lunatio, quæ fit circa æquinoctium, vernũ apud Hebræos, eſt Aprilis. Rabbi vero Ioſue, & ſequaces Niſan, Martium vocant. Id quoque ſcribit Carolus Sigonius lib. 3. de Republica Hebræorum cap. 2. & 9. Qui igitur Niſan Aprilem dicunt, Tisri Octobrẽ vocabunt: & qui Martium, Septembrem. Verum cum Tisri ſeptimus apud Iudæos ſit menſis, Niſan potius Martio, quam Aprili correſpondere fatendum eſt; aut Tisri non erit ſeptimus, quod eſt contra Iudæorum decreta, immo contra ſcripturæ documenta. Id autem ſi rectè videatur, Doctorum placita vtraq; vera comperiemus. Ratio equidem anni, quæ apud nos extat; & apud Iudæos id manifeſtat. Clarum enim eſt, annum noſtrum Solis motione obſeruari; Hebræorum vero (vt dictum eſt ſuperius) Lunæ. Ille diebus 365. cum quadrante ferè abſoluitur, hic diebus 354. Superat ergo alter alterum 11. diebus; diſſident igitur ad inuicem. Ergo menſes Hebræorum, nullam cum noſtris conuenientiam habebunt. Rurſus menſium principia in Neomeniis, ſeu nouiluniis obſeruant Iudæi; nos verò aliter. Igitur cũ nouilunia omnia non ſemper in menſium noſtrorum capitibus accidant, ſed poſt initium aliquando, quandoq; in medio, & multoties poſt medium; diuerſa erit ratio menſium vtrobiq;. Itaq; menſis Niſan aliquot noſtri Martij dies attinget, & aliquot Aprilis. Menſis Zium, ſiue Iar aliquot ex diebus Aprilis; & aliquot ex diebus Maij. Mẽſis Siuan aliquot ex diebus Maij, & aliquot Iunij. Menſis Tamuz, aliquos Iunij, & aliquos Iulij. Menſis Ab, aliquos Iulij, & aliquos Auguſti. Menſis Elul aliquos Auguſti, & aliquos Septẽbris. Menſis Tisri aliquos Septẽbris, & aliquos Octobris. Mẽſis Bul, ſiue Mareſuhan aliquot ex diebus Octobris, & aliquot Nouembris. Menſis Casleu aliquos Nouembris, & aliquos Decembris. Menſis Theth quoſdam Decembris, & quoſdam Ianuarij. Menſis Sebath, quoſdã Ianuarij, & quoſdam Februarij. Menſis Addar, aliquot ex diebus Februarij, & aliquot ex diebus Martij. Illud autem quod explicat interlinearis gloſſa 7. cap. Gen. Menſe ſcilicet ſecundo hoc eſt Niſan, qui à Latinis dicitur Maius; ſi textus non eſt corruptus (vt arbitror) ita, vt pro Martio dicatur Maius; ſaluandum eſt; id dixiſſe ob annum Emboliſmum, ſeu intercalarem. Qui 13. conſtat menſibus. Itaq; decimus tertius menſis, partim noſtro Martio, partim Aprili, correſpondebit. Primus deinde, qui reſpectu anni communis, ſecundus eſt; partim Aprili, partim Maio congruet; cumq; primus

Rabbanus. Strabus. Lyranus. Rupertus. Magiſter hiſto. Dionyſ. Carthuſianus.

Rabbi Ioſue opinio de primo Hebræorum menſe. Carolus Sigonius.

Annus noſter Solis motu obſeruat, Hebræorum Lunæ.

Nouilunia nõ ſemper in capitibus menſium noſtrorũ accidunt.

Menſiũ Hebræorũ proportio ad mẽſes noſtros.

Explicatio illius gloſſę interlinearis, videlicet. qui à Latinis dicitur Maius.

menſis Niſan ab Hebræis vocitari placitum ſit; menſem primum intercalarem, ſecundum in anno cõmuni, Niſan appellauit interlinearis gloſſa; quia primus Emboliſmicus, cui conuenit Niſan. Hæc quoq; ratio explicat cur Niſan, qui eſt primus apud Hebræos, cõcurrat cum Aprili noſtro. Vel aliter. Hebræi non ſemper Phaſe Domino decima quarta Luna primi menſis celebrabant. Verum aliquando menſe ſecundo colligitur hoc ex 30. primi Paralipo. vbi habentur hæc verba. Inito ergo conſilio Regis, & Principum,& vniuerſi cætus Hieruſalem, decreuerunt, vt facerent Phaſe menſe ſecundo. Et inferius. Immolauerunt autem Phaſe Domino decimo tertio die menſis ſecundi. Qui menſis ſecundus cum partim Aprili, partim Maio correſpondeat, ab interlineari gloſſa dictus eſt Niſan reſpectu celebrationis Paſchę. Quæ ſemper primo celebrari conſueuit menſe: isq; Niſan appellatus; ob id explicuit (menſe ſecũdo) ideſt Niſan,qui à Latinis dicitur Maius. Nec putes me velle dicere, gloſſam interlinearem eò loci de Paſchatis celebratione intendiſſe, cum luce clarius ſit, ibidem diluuij tempus explicaſſe. Quemadmodum & nos explicamus. Sed dicere volo, gloſſam interlinearem ſcire, primum menſem Hebræorum eſſe Niſan, deinde hoc menſe celebrari Paſcha. Inſuper Hebræos aliquando menſe ſecundo celebraſſe Paſcha: tempus verò celebrationis propriè fieri in menſe Niſan: reſpectu huius, menſem ſecundũ vocauit Niſan. Concilientur itaq; Doctorum placita ſic. Nempè,menſem Niſan aliquãdo Martio noſtro,aliquando Aprili congruere. Quoniam initium eius præcedit quandoq; æquinoctium vernum, quandoq; ſubſequitur: ſecundum quod annus Emboliſmus propè, vel longè fuerit. Id ſcripſit Ioannes Lucidus in opuſculo de die vero Paſſionis Chriſti cap.4. & Sanctes Pagninus in ſuo theſauro Linguæ ſanctæ, dictione Niſan. Poſtremò verò Hieronymus de la Rua Toletanus controuerſiarum theologicarũ partim poſitiuarum, partim ſcholaſticarum, parte priori, controuerſia prima poſitiua. Et Hector Pinctus in cõmentariis ſuper Ezech. cap. 1. Sed negotium confirmare videtur Ionathas Caldæus: dum interpretatus illud Ezech. 1. & factũ eſt in triceſimo, in quarto, in quinto menſis &c. ſic dilucidauit. Hebraiſmus eſt, ac ſi dicat, in quinta die mẽſis, in quarto menſe,qui in ordine menſium eſt Iulius.Id teſtatur idem met Hector Pinctus in commentarijs ſuper Ezech.cap.1.Et tamen, hic mẽſis apud nos à Martio inchoantes,quintus eſt; & Ionathas vocat quartum, quia menſis Niſan Aprili noſtro, tunc reſpondere debebat. Verum vniuerſaliter de menſium Hebræorum nominibus, aliarumq; nationum, vide Bedam præsbyterum inde temporum ratione, & Ioãnis Nouiomagi ſcholia eo loci, vbi illorum menſes numerant, atq; primum Niſan vocant: eumq;, cui noſtrorum menſium concordet, perſpicies. Vide etiam Eucherium libro ſecundo inſtructionum ad Salonium

Secunda explicatio.
Hebræi aliquando menſe ſecundo celebrarunt paſcha.
Doctorũ conciliatio.
Menſis Niſan cur aliquãdo Martio noſtro,aliquando Aprili correſpondet.
Io. Lucidus.
Sanctes Pagninus.
Hieronymus de la Rua.
Hector Pinctus.
Ionathas Caldæus.
Hector Pinct.
Beda.
Io. Nouiomagus.
Eucherius.

nium capite ſeptimo; Theodorum Gazam, & Lilium Gregorium in libello de annis, & menſibus.

Theodor⁹ Gaza.
Lilius Gregorius.

De anni Hebraici quantitate. Cap. XVIII.

INQVIRERE oportet, quænam ſit Anni communis Hebræorum quãtitas ob diuerſa Illuſtrium virorum placita. Et in primis ſupponitur annum vtriuſq; luminaris motione, olim meritum eſſe, ſed apud Hebræos Lunæ progreſſu. Hoc iam ſuperius ſatis eſt explicatum. Nihiloſecius ſunt etiam Clariora Doctorũ teſtimonia D. ſcilicet Baſilij, Auguſtini, Ambroſij, Eucherij, Iunilij, & cæterorũ. Qui ad annos agendos Solẽ, atq; Lunã principes conſtitutos docent. Itaq; cuncti in hoc conſentire videtur, Iudæos annum nouiſſe lunarem. In quãtitate tamen diſſident præcipuè aliqui ex iunioribus. Nam Caietanus Cardinalis ſuper octauum caput Geneſeos, ſentit annum, ne dum apud veteros ex diebus trecentis, ſexageniſq; conſtaſſe iuxta numerum graduum in ſignifero, verum apud Hebræos tempore Noè, ſeu Moyſi. Idq; probat quod dum 8. Gen. Noè integer ſupputatus eſt annus, non niſi trecentum, & ſexaginta collecti ſunt dies. Sicq; ex illius literæ teſtimonio tot diebus annũ conſtaſſe exiſtimat. Hunc ſequitur Iacobus Naclãtus Florentinus ordinis Prædicatorum Epiſcopus Clugienſis in ſcripturæ ſuæ medulla cap. 4. præludiorum ad arcana Chriſti; quo in loco docet, Ægyptios hunc celebraſſe annum, Græcos itidem, atq; Romanos, & ante hos Hebræos: nihil tamẽ determinat. Huiuſmodi ſententiæ fuit olim D. Auguſtinus, Ambroſius, & alij. D. Auguſtinus lib. 15. de Ciuitate Dei cap. 4. ad Marcellinum habet hæc verba. Tantus Menſis, quantus & nunc eſt, quem Luna cępta & finita concludit: tantus annus, quantus & nunc eſt, quem duodecim menſes lunares, additis propter curſum Solarem quinq; diebus, & quadrante conſumant. Diuus Ambroſius lib. 4. Hexameron cap. 5. ait, in annos ordinatos eſſe Solẽ, & Lunam: Luna per tricenos dies duodenis vicibus ſuum curſum conficiens, conſumat annum ſecundum Hebræos, aliquibus adiectis ſecũdum Romanos biſſexto ſemel intra quinquẽnium vnius diei adiectione celebrato. Tamen hoc addunt, annum haud 360. diebus celebratum, ſed 365. intercalarem 366. quemadmodum & nos vſq; in hodiernum obſeruamus diem. Verum an tempore Noè tantus fuerit annus dubium eſt; Nec id ex D. Auguſtini ſcripto, ac Ambroſij elici poteſt. Nec Caietanus aliquod adducit teſtimonium. Immo ex illis Geneſis capitibus (meo quidem iudicio) nequit certo ſciri Hebræos tales annos tunc obſeruaſſe, etiam lunares pręcisè. Habemus tamen ex magno

Baſilius.
Auguſtinus.
Ambroſius.
Eucherius.
Iunilius.
Caietanus.
Annus quib⁹ diebus ne dũ apud veteres, ſed etiã Hebræos conſtabat.
Geneſis.
Iacobus Naclantus.
Annus apud Aegyptios, Græcos, Romanos, & Hebræos idem.
D. Auguſtini teſtimoniũ.
D. Ambroſij ſententia.
D. Auguſtin⁹
D. Ambroſi⁹.
Caietanus.

D. Baſilius. Quo anno vſi ſunt Hebræi.

gno Baſilio capite ſexto Hexameron: Lunam eſſe anni effectricẽ; eoq; Hebræos vetuſtiſſimo tempore vſos fuiſſe. Quod ſi tempus vetuſtiſſimum Noë tempus accipiatur, facile aquieſco,& totus cõtentionis locus relinquatur. Hoc tamen verum eſt: omnes ferè Doctores in capitum illorum Geneſeos expoſitione, ac aliorum ſacræ Scripturæ locorum, in quibus vel menſium, vel dierum, vel annorum, quibus vtuntur Iudæi, fit mentio: omnes (inquam) vna ſimul expromere, Iudæos: dies, menſes, & annos obſeruaſſe lunares. Quod ſi ita eſt: alia erit anni quantitas, quàm quæ aſſignata eſt, aliaq; fuerit Noemi tempore; ſi tunc annus ad Lunæ motum attendebatur. Accipiamus ergo manifeſta pro ſuppoſitis. Annus ſolaris lunarem ſuperat diebus vndecim. Id haud noſtrum eſt inuentum, ſed aſſeritur à viris, tum diuinarum rerum doctiſſimis, tum cæleſtium. Immo natura ipſius motus Lunæ indicat: Eſt enim huiuſmodi ſuperantia, epactalis numerus à motu Lunæ mancus: vt Solis motui æquetur; Quo Lunæ ætas adinuenitur. Si igitur Solis motus annuus motum Lunæ annuum diebus totidem non excederet, rueret Epactæ ratio, ipſæq; Lunæ dies minimè indagarentur: Quod eſt contra experientiam, & communem hominum vſum; qui Epacta dies Lunæ inueſtigant. Solis motus diebus 365. ac ſenis ferè horis completur: his relictis (parui enim ſunt momenti) ſubtrahe à 365. vndecim remanent 354. Is eſt annus Lunæ communis. Quod ſi nõ placet, accipiatur aliud ſuppoſitum. Nempè apud Iudæos, & in ſcripturis præſertim, dies, menſes, & annos ad Lunæ motum exigi: Nõ quem ſeptem, & viginti diebus, & horis ferè octo abſoluit; ſed quem perficit, vt rurſum Soli ſe copulet: illũ etenim donec, à quo digreſſa eſt regrediatur punctum obſeruat, hunc verò, vt rurſum innouetur: quem motum (vt ſuperius diximus) viginti nouem diebus. Horis duodecim ſcrupulis quadraginta quatuor complet. Multiplicentur igitur dies cum fractionibus duodecies, reſultabit verus annus Lunæ communis dierum 354. horarum octo, ſcrupulorum octo, & quadraginta. Vtraq; ratio valida eſt, altera ratione Epactæ, altera ratione motus Lunæ æquiſſimi, qui medius ab Aſtronomis vocitatus eſt. Patet igitur anni quantitas hebræorum. Sunt deinde grauiſſimorum hominum teſtimonia; qui omnes annum lunarem minorem ſolari diebus vndecim anumerant, ipſumq; diebus 354. conſtantem efficiunt. Rupertus Abbas ſuper octauum cap. Gen. poſt quam dixit Noemi tempore dies in Lunam computaſſe menſes: ſequutus eſt. Cuius duodenis menſibus, ſupercreſcentes vndecim ſolaris anni dies Emboliſmi cedunt. Itẽ ſuper illud Gen. 1. vt ſint in ſigna, & tempora, & dies dicit; Annus ſiquidem communis, ideſt duodecim menſium eſt 354. dierum. Abulenſis quoq; ſuper Gen. 8. cap. in reſponſione ad octauam quæſtionem; Annum Lunæ, minorem anno Solis vndecim diebus aſſeuerat. Iunilius, ſuper illud,

Doctorũ ſententia Hebræos obſcuraſſe annos lunares.

Annus Solaris quot diebus lunarem ſuperat.

Exuberantia dierum Anni Solaris ſupra lunarẽ quid ſit.

Motus Solis quot diebus completur.

Quo pacto inuenitur ann' lunaris.

Hebræi dies, menſes, & annos iuxta lunæ motũ obſeruant.

Quãtitas mẽſis Hebræorũ.

Quantitas anni communis Hebræorum.

Rupertus.

Geneſis.

Abulenſis.

Iunilius.

lud, vt ſint in ſigna &c. Luna (inquit) facit annum cômunem 354. dierum: cum duodecies ſpacium ſui curſus peregerit: idem ſentit Hugo Cardinalis 12. Exod. Idem Carolus Sigonius lib. 3. de Republica Hebræorum cap. 1. Idemq; docent pluſquàm centum viri doctiſſimi. Sed conſulæ Speculum doctrinale Vincentij Beluacenſis Epiſcopi ordinis Prædicatorum: conſulê (inquam) libri decimiquinti cap. octuageſimũ nonum, & nonageſimum; & Catolicon in dictione Epacta. Sed obſtat D. Auguſtini auctoritas, & Ambroſij, quorum doctrinam ſemper amplexi, & venerati ſumus. Ideo dicimus D. Auguſtinum. Et Ambroſium de Anno lunari, non præcisè loquutos fuiſſe, ſed largo modo iuxta cômunem vſum. Communis quidem vſus nationum cuilibet menſi lunari triginta dies tribuit. Nam in Epacta indaganda vndecim dierũ additione vſque ad trigeſimum percurrunt diem, quibus demptis reſiduum faciunt Epactam. Multiplicetur deinde duodecies triginta, emergit num. 360. Qui ad Solis curſum redactus, quinis indiget diebus, & quadrante. Annus verò lunaris præciſus fit dierum 354. de quo minimè intendebant Auguſtinus, & Ambroſius. Simili etiam modo poteſt intelligi Caietanus. Quod ſi aliquis (vt Caietanus) in annorum Noemi ſupputatione perſiſtere voluerit, ſicq; præciſus Lunæ annus dierũ 360. non 354. erit: Quamuis Caietanum ſemper dilexerimus, illiusq; doctrinam toto pectore inſequatis audacter defenderimus, (vir profectò extitit ingenij acumine, & doctrinæ vbertate nulli ſecũdus) nihilosecius haud ambigimus reſpondere: ſenſum illius literę aliter à multis exponi: ac in illorũ capitum explicatione Doctores parum conſtãtes haberi. Dum alij dies, & menſes à Noemi natiuitate, alij à mundi exordio, alij à Cataclismo ſupputent. Pleriq; illos centũ, & quinquaginta dies, diebus pluuiæ 40. ſuccedere faciũt: vti Rabbi Salomon: Caietanus: Lippomanus Catena, & Naclantus. Alij ab ingreſſu Noë in arcam numerant, vt Hugo de Sancto Victore cum reliquis; ita, vt inter tot opinionum diuerſitates, varietatesq; expoſitionum, Quæ ſit veritas, ignoretur. At qui fieri poterit, quò ratio ſaluetur Epactæ? Quinque eſſet numerus Epactalis; conſulæ Lunæ ætatem, inuenies? Nec dignus excuſatione cenſetur, Naclantus, cum loco ſupracitato aſſerat, dies in ſcripturis ad motum Lunæ requiri, non alium quàm quem diebus viginti nouem: horis duodecim, & ferè quatuor, ac quadraginta minutis perficit: & poſt modum lunarem annum trecentorum ſexagenorumq; dierum docet; & ſi horarum non diſſimuletur ratio palã adiiciendi ſunt quinq;. Si illum Luna obſeruat motum, palam quod dies 354. horis 8. m. 48. non alij reſultant.

Hugo Cardinalis.
Carolus Sigonius.
Vincentius Beluacenſis.
Catolicon.
Obiectio.
Reſponſio.
Vſus nationũ cõmunis cuilibet mẽſi lunari 30. tantum dies tribuere.
Annus lunaris præciſus.
Caietanus ſi aliter ſentit refellitur.
Caietani la°.
Varia ſupputatio dierum 2. mẽſium in Geneſi.
Rabbi Salomon.
Caietanus.
Lippomanus Catena.
Naclantus.
refellitur Naclantus.

De ratione menſium Hebræorum. Cap. XIX.

Menſium Hebræorum diuerſitas.

NOTIFICATA lunaris anni quantitate, neceſſario menſium ratio dignoſcitur: quorũ aliquos triginta diebus: aliquos viginti nouem conſtare fecimus. Et rectè quidẽ. Nam, & ſi anni quantitas dierum 354. h. 8. min. 48. ſupputata fuerit. Sicq; viginti nouẽ diebus, horis duodecim, ſcrupulis quadraginta quatuor, menſis vnuſquiſq; condi debuerat. Nihilominus ſi accurratè perpendatur duas lunationes nouem, & quinquaginta dies conficere, aptè id factum arbitrandum eſt, triginta primo, viginti & nouem, ſecundo, menſi dies tribuiſſe, & ita vſq; ad vltimum. Nam cum pro integro die, illæ duodenæ horæ computari nequeunt; ſeruari neceſſum erat; vt alter triginta, alter viginti nouem dierum, menſis haberetur. Idq; omnes ferè Doctores docent. Rupertus Abbas ſuper illud Gen. 1. vt ſint in ſigna, & tempora, & annos &c. dicit. Eſt autem menſis dierum viginti nouem, ac ſemiſſis. Et octauo capite ſuper illud: Menſe ſecundo ſeptima. Et vigeſima die menſis, arefacta eſt terra &c. inquit; Manifeſtè liquet annos ſingulos duodecim menſium: menſes autem alios triginta, alios vnde triginta dierũ, in illis tot annorum hominibus computaſſe ſecundum Lunam. Lyranus quoq; eo loci conſentit Iudæos primum menſem dierum triginta, ſecundum vigintinouem conficere, & ſic de reliquis. Rurſus Oleaſter, menſem (inquit) ſemper conſtaſſe triginta dierum, vel circiter. Abulenſis inſuper loco ſupracitato, de menſibus (ait) lunaribus eſt ſermo. Et iſti mẽſes ſic diuiduntur vulgariter, quòd vnus teneat triginta dies, alius viginti nouem: quia in viginti nouẽ, & dimidio completur curſus Lunæ; ſed quia illa dies non poteſt diuidi, dantur vni menſi triginta dies, alteri viginti nouem. Aliter ſupputat Theodoretus, dum docens, quòd ex Lunæ curſu menſium numerum diſcere poſſimus; retur trigenis diebus ſex horis minus, curſum ſuum perficere. Ergo menſis erit dierum vigintinouem, horarum decem, & octo. Supputentur dies, & horæ. Annus lunaris communis erit dierum 357. Ruit ratio Epactæ augendo, anticipiant enim dies tres. Solaris igitur annus hunc excederet diebus octo, & quadrante; ſed Cardinalis Caietanus illomet loco, putat menſem Hebræum conſtare ex diebus viginti, & nouẽ dumtaxat: & ſic annum ex 348. Deſunt pro ſingulis menſibus horæ duodecim, ſcrupula quatuor & quadraginta: quæ ſex dierum errorem pariunt; quicquid ſit de ſcrupulis, parui enim ſunt momenti, ac in anno Emboliſmico omnia adæquãtur, & in decẽnouẽnali. Deſtruitur igitur natura Epactæ minuendo Annum hunc lunarem ſuperaret ſolaris diebus decem, & ſeptem. Hæc ſunt eius verba. Si ſupputaueris à die, quo

Rupertus Abbas.

Lyranus.

Oleaſter.

Abulenſis.

Theodoreti ſupputatio de menſibus Hebraicis.

Caietani deceptio.

incæ-

incæpit diluuium vſq; ad diem hunc: ſummabis annum, & nonaginta vnum dies; qui conficiunt menſes ſex, & dies decem, & ſeptem: deputando modo Hebræo cuilibet menſi tribuere viginti nouem dies. Ita quòd decima ſeptima dies ſeptimi menſis, fuit centeſimus nonageſimus primus dies à principio diluuij. Contradicit etiã ſibi ipſi Caietanus: dum in eiuſdem octaui capitis principio, poſtquam annum ex diebus trecentum ſexaginta cõſtare iuxta numerum graduum in Zodiaco, docuerit, eumq; obſeruaſſe Hebræos tempore Noë, ſeu Moyſi; idq; cum cuilibet menſi tricenos conceſſerit dies: paulò inferius dicat ex diebus 348. ſolum menſi cuilibet viginti nouem dies tribuens. Nec verum eſt Hebræos cuilibet eorum menſi dies tantum viginti nouem tribuiſſe: Id ex dictis liquet, & ex dicendis manifeſtũ erit. Sed remur, quòd aliqui rentur, Caietanum doctiſſimum, & numquàm ſatis laudatum, in explicatione Scripturæ ad literam Hebræis ſui temporis vſum fuiſſe. Quod & ſignificare videtur in commentarijs ſuper Pſalmos in præfatione; à quibus vel deceptum iudicamus, vel in rebus Hebraicis eos ineruditos prorſus (quamuis Hebræi) exiſtimamus. Ex his apud Hebræos regulariter annos ſemper fuiſſe duodecim menſium habetur. Vnde ſi verum eſt quod dicũt, Cingium Sabinorum Regem annum in duodecim diuiſiſſe menſes, vel (vt in Euterpe auctor eſt Herodotus) Ægyptios primum, annum, anniq; diuiſionem in menſes comperiſſe: prior tamen apud Iudæos extitit obſeruatio hæc. Cum enim annũ obſeruent lunarem. Iſq; duodenis menſibus, diebus ſcilicet 354. perficiatur: manifeſtum eſt, ante omnes nationes hunc fuiſſe annum apud Iudæos, etiam ante diluuium tempore Noë: Nam ex Geneſis 8. cap. elicitur annum menſium duodecim fuiſſe. De vtroq; tamen anno, vide Franciſcum Bordinum Corrigienſem in ſua Chiliade reſponſo 335.

[Caietani contradictio.] [Excuſatur Caietanus.] [Quis diuiſit annũ in duodecim mẽſes. Herodotus.] [Franciſcus Bordinus.]

De anno Hebræorum Emboliſmico. Cap. XX.

EST denuò accurratè animaduertendum, præter illam anni Hebraici diuiſionem, quam aliqui commemorant in vſualem ſcilicet, legitimum, & emergentem; & eam, quem naturalem, & vulgarem; ciuilem, & ſacrum dicunt: Hanc eſſe præcipuam. (prima enim anni principiũ reſpicit, ſecunda quantitatem) Annum duplicem eſſe, communẽ, & emboliſmicum: communis iam explicatus eſt, menſium duodecim. Hic quidem triginta dierum: hic verò vigiutinouem. Ita vt dierum 354. horarum 8. minutorum 48. abſolui comperitur. Emboliſmicus autem ſic à calculatoribus nuncupatus: menſium tredecim. Quorum vltimus dierum duorum & viginti, atque trium, & viginti: vicibus alternatis

[Varia anni Hebraici diuiſio.] [Annus Hebræorum duplex.] [Quid eſt annus cõmunis.] [Quid Emboliſmicus.]

aſſerit eſſe Sigonius libro tertio de Republica Hebrȩorum capite primo. Quandoquidem quo lunaris annus ad ſolarem reduceretur, vndecim dierum intercalatione opus erat, & quadrãtis: quos Iudæi ſecundo, & quarto anno interponebant poſt menſem duodecimum, qui dicitur Addar. Hic verò menſis dierum duorum, & viginti, ac trium, & viginti, vicibus alternatis habita ratione quadrantis fiebat: & vocabatur Veaddar ואדר quaſi alterum Addar. Hoc quoque docet Lyranus 12. Exodi. Veruntamen ſentit in tertio anno Iudæos facere decimum tertium mẽſem. Igitur Carolus Sigonius annum Emboliſmicum dierum 376. aliquando 377. putat. Nam vicenis, & duobus additis 354. reſultabant 376. vicenis, & tribus 377. At melius eſt decimũ tertium menſem triginta dierum fore, ſeu meo quidem iuditio, viginti nouẽ, & ſemiſſis, quam viginti & duorum, vigintiq́; & trium. Quandoquidem Iudæi cum à Neomenia, menſis exordium inchoant, iam ſeptem ferè dies deeſſent; antequam à noua Luna menſis initium exordiretur. Id ſequutus eſt Iunilius, quid, vt anno ſolari poſſet concordare Lunæ circuitus, tertio quoq; anno, vel ſecundo tertium decimum addit menſem, annumq́; dierum 384. fieri adnotat: Similiter Rupertus docet. Si Emboliſmus, ideſt tredecim menſium ſit annus, ſic dierum 384. extat. Et verè ſic eſt. Nam hunc annum Emboliſmalem dierum 384. ſolũ Sancto Moyſi diuinitas reuelatum fuiſſe teſtatur Durandus Epiſcopus Mimatenſis lib. 8. ſui rationalis diuinorum officiorum cap. 10. Sed ex huius occaſione, adnotatione dignum cenſuimus: quod quamuis anni Hebraici præcipua diuiſio ſit in communem, & Emboliſmicũ: Adhuc ab eis communis diuiditur in communem deficientem, & in abundantem. Deficiens annus volunt, vt diebus 353. conſtet, abundans verò diebus 355. Emboliſmicus itidem in deficientem, & abundantem. Diuiditur. Sed deficiens eſt dierum 383. abundans 385. Hæc clarius habes in tabula magni Cycli Hebræorum. Cur verò tam diuerſus apud Hebræos extet annus, prouenire dicimus ex diuerſo Lunæ motu. Hinc patet annum Iudæorum Emboliſmicum, ſeu eundem annũ iuxta Scripturæ vſum acceptum non eſſe trecentorum, ac nonagenorũ dierum, vel circa propter diei quartam, vt cenſuit Naclantus, loco ſupra citato, ſed 384. Quandoquidem menſes, ſeu anni in ſacris literis explicati ſunt lunares, vt cõſtat Doctorum omnium dilucidationibus. Naclantus verò, quamuis idem referat: dicens annum Emboliſmicum eſſe dierum 390. hic ſolaris erit non lunaris: ſeu meo quidem iudicio, nec ſolaris, nec lunaris: hic enim diebus 354. (vt dictum eſt) perficitur, ſi communis eſt; Ille verò 365. abſoluitur cum quadrante; ſed ſi Emboliſmicus, lunaris erit dierum 384. ſolaris 366.

Sigonius.
Quomodo intercalabant Hebræi.
Menſis intercalaris apud Hebræos.
Lyranus quid opinatur de intercalatione Hebræorũ
Sigon⁹ quid de Emboliſmico ſentit anno.
Menſis exordiũ apud Hebræos.
Iunilius.
Rupertus.
Annus Emboliſmicus quot conſtat dieb⁹.
Annus Emboliſmalis reuelatus Moyſi.
Durandus.
Cõmunis anni Hebræorũ diuiſio.
Emboliſmici anni Hebrȩorum diuiſio.
Naclanti error.
Annus dierũ 390. nec ſolaris, nec lunaris erit.

De feſtis Hebræorum, & Neomeniarum ſacrificio, & huius cauſa. Cap. XXI.

NON abre Iudæorũ feſtiuitates hic inſerere decreuimus, vt ſciatur quæ ſint magis ſolemnes, & quæ minus; quæ à Deo, & quæ ab hominibus inſtitutæ: quæ demum legales, & quæ aduentitiæ: cum pleroſq; in calendario præfixerimus. Feſtorum igitur aliqua erant legalia, aliqua propter aliquos euentus ab hominibus inſtituta. Legalia feſta ſeptem. Sabbatum, Neomenia, Phaſe, Penthecoſtes, Feſtum clangoris, ſeu tubarum. Feſtum propitiationis, ſeu expiationis: feſtum Scænophegiæ, ſeu tabernaculorum: addimus, & octauum, feſtum cætæ & collectæ, ſeptimo die poſt Scęnophegiæ ſolemnitatem celebratum, & apud eos celeberrimum, & ſanctiſſimum (quamuis ipſo etiam die tabernaculorum, fiebat). Reliqua verò quæ in Calendario enumerantur, ab hominibus ob euentus aliquos adinuenta ſunt: præter annum ſeptimum, & quinquageſimũ ambos à Deo inſtitutos. Sabbatum in memoriam creationis rerum colebatur, Neomenia in diuinæ gubernationis: Phaſe ob liberationem populi ab Aegyptiaca ſeruitute: Penthecoſtes in eius diei memoriam, quo Deus Moyſi tabulis lapideis legẽ dedit in Synai monte. Feſtum tubarum in memoriam redemptionis Iſaac ab immolatione. Feſtum propiciationis, ſeu expiationis, in quo ieiunabant, lamentabantur. Deplorabantq; peccata ſua: præcipuè ad expiandum peccatum ob vituli adorationem: feſtum tabernaculorum in diuinæ protectionis memoriam erga Iudaicum populum, quem protexit, pauit, reduxit quadraginta annis per deſectum. Fiebat quoq; feſtum cæræ, & collectæ, in quo à populo neceſſaria colligebantur ad diuini cultus expenſas: populi adunationem, pacemq́; in terra promiſſionis præſtitã, ſignificans. Item erat ſacrificium quotidie, mane & veſpere, ob id iuge vocatum: perpetuam denotans beatitudinem. Sed inter hæc, tria erant illuſtriora, quibus quotannis omnes virilis ſexus ter conuenire in vrbem ſanctam Hieruſalem debuerant ex omnibus Iudææ finibus, atq; ſacris intereſſe: Paſcha, Penthecoſtes, & Tabernacula. Vide Exodi caput vigeſimum tertium, & ſecundi Paralipomenon octauum. Verum de ſeptimo anno cõſule Exodi vigeſimum tertium Leuitici 35. de quinquageſimo, qui erat Iobelęi, vide vigeſimũ quintum Leuitici caput. Similiter. Holocauſtomata, oblationes, libamina: Sacrificia, & cætera ad vnumquemq; feſtum pertinentia vide ſuis in locis. De ſacrificiis iugis Exodi cap. 29. num. 28. Leuit. 23. & 2. Paralipom. 11. de Sabbato vide Exodi 10. Leuit. 23. de ſacrificio num. 28. de Paſchatæ, & azimis Exodi 12. Leuit. 23. & Deutoronomij 16. de Penthecoſte Leuit. 23.

Feſtorum Hebræorum diuerſitas.

Feſta legalia quot, & quæ.

Feſta ab hominib' inſtituta.

Feſtorum Hebræorũ ſignificationes.

Sabbatum.

Neomenia.

Phaſe.

Penthecoſtes

Feſtum tubarum.

Feſtũ expiationis.

Tabernaculorum feſtum.

Feſtum cęrę, & collectæ.

Sacrificiũ iuge.

Inter Hebręorũ feſta quæ illuſtriora.

numerum decimum octauum, & Deutoronomium decimum ſextum; de feſto tubarum vide Leuitic.23. Item de feſto expiationem Leuitic. 23. & 16. De feſtis collectarum, & tabernaculorum vide Leuitic. 23. numé.29. Deutoronomium 16. Exodi 24. & 34. de Neomenijs numerorum 28. 2. 2. Paralipomenon, & 8. & alibi: ſat ſint hæc tanquam inſigniora adduxiſſe. Cæterùm cum de Neomeniis noſtrũ præcipuum ſit inſtitutum, conueniens erit, ipſarum Holocauſtum, & cauſam celebrationis hic annectere: vt manifeſta fiat Iudæorum impietas, & blaſphemia in Deum. Holocauſtũ igitur, (vt iam ſupra tactum eſt) ſic ſe habet. Duo vituli de armento, Aries vnus: Agni anniculi ſeptem immaculati: & tres decimæ ſimilæ oleo conſperſæ in ſacrificio per ſingulos vitulos &c. cauſa eſt in memoriam diuinæ gubernationis. Omnes ferè Doctores hunc locum dilucidantes, ſic explicant. Hinc liquet Iudæorũ impudentia, qui non verentur aſſerere in ſuo Thalmud ordine quarta diſt.1. Deum ideo Hebræorum populo præcepiſſe, vt ſingulis Neomenijs vnius hædi ſacrificium peragerent. Ad expiandum ſcælus à ſe ipſo commiſſum, quando lumen quod iniuſtè à Luna ademerat Soli attribuit. Quod accurratius progreſſus eſt Daniel Finus Ferrarienſis in ſuo contra Iudæos flagello lib.9.cap.5.his verbis. Legitur in libro, qui dicitur Hulin, Thalmudiſtas dicere, ac in primis Rabbi Symeon: quod Deus peccauerit Sole Lunam lumine minorem feciſſe. Vtq; huiuſmodi expiaretur peccatum, voluit Deus quolibet nouilunio de Hirco ſacrificium fieri. Quemadmodum ſcribitur num.cap.28.vbi ſic dicitur. Hircus quoque offertur Domino pro peccatis in Holocauſtum ſempiternum cum cibamentis ſuis. Et ibi narrat Rabbi Symeon, quòd cũ Luna Solis lumini adæquaret, cenſuit ipſa diuinæ ſapientiæ nõ congruere: vt duo eodem fungerentur diademate, ſiue decore. Idq́; cum delatum Deo ab ea fuiſſet. Dixit Deus. Minuatur lumen tuum. Hoc audiens Luna, atq; dolens inquit. Domine mundi recta loquuta ſum profecto, cur meum iubes lumen diminui? Tunc Deus, vt Lunæ ſolicitudinem leniret, atq; mæſtitiam: decreuit die Solem tantum, Lunam vero die noctuq́; luceſcere: cui dedit etiam ne ſui diminutionem luminis iniquo ferret animo, ſtellas tanquàm comites, atq; pediſſequas. His namq; non contenta, rurſus ait. Domine mundi lumen candelæ penes Solem nihil eſt. Cui Deus. Peccaui inquit, & ad huiuſmodi peccatum expiandum, velim, vt in ſingulis menſium capitibus à populo Iſrael ſacrificium fiat de Hirco in holocauſtum ſempiternũ. Hæ ſunt Iudæorum blaſphemiæ, ne dicam nugæ. Ecquis eſt, qui non videat horũ dementiam. Ecquis eſt, qui haſce hæreſes non deteſtetur? Sacrilega profecto manus fuit, quæ tam impia auſa eſt ſcriptitare, ſed magis peruerſa mens, quæ talia ſenſiit: obtenebratusq́; intellectus, qui ſimilia dixit; ſed ſupra omnia obſtinatior voluntas quę Deo attribuit. Quod attribuen-

Holocauſtũ Neomeniarũ & cauſa celebrationis earundem.

Iudæorũ blaſphemia in Deum circa cauſam ſacrificij Neomeniarũ

Daniel Fin⁹.

Thalmudiſtarũ opinio, & Rabbi Symeõ circa holocauſtum Neomeniarum.

Hebræorum nugæ, & blaſphemiæ.

tribuendum minimè eſt. Quomodo ſuſtinuit Deus, ne fulgur è cælo demiſſus, eiiceret, deſtrueret, euerteret in ſempiternum blaſphemãtem. Sed recepit mercedem ſuam. Cur autem quod per Eſaiam cap. 53. ſcriptum eſt Thalmudiſtæ non adnotent? ſcilicet. Eo quòd iniquitatẽ non fecerit, neq; dolus inuentus eſt in ore eius. Vt quid ergo talia deliramenta confingunt; vt quid figmenta commenti ſunt, peccatum quid aliud eſt niſi auerſio à ſummo bono, auerſus eſt igitur Deus à ſeipſo? abſit vt talia exiſtimemus, non enim eſſet Deus ſi peccatum feciſſet. Eſt enim ita eſſentialiter bonus, vt nemo bonus niſi ſolus Deus, Eſt enim infinitæ bonitatis fornax; eſt veluti auri ſolidi ſtatua, quã ſi ſemper attigeris, ſemper aurum deteges. Eſt aurum purum ſolidum, & electum. Nominum vero bonitates veluti ſcintillæ è fornace exiliẽtes, immo ad Dei probitatem relatæ, ſicuti ferra rubigine conſumpta: deniq; ſicuti ſtatuæ fictiles auro contectæ, quas ſi attigeris fragilem deteges materiam. Innumeras ferè auctoritates quæ Dei bonitatẽ prædicant, ex ſacris literis adducere potuiſſemus, multaſq; rationes; ſed de his alias Deo annuente: Non enim ad præſens ſpectat inſtitutum omnia afferre. Solum in huius blaſphemiæ, ac nequitiæ confutatione arma inimicorum ſummam: generoſum enim eſt inimicorum telis inimicos confodere. Rerum emanationem à ſummo principio Moſes ennarans. Vtriuſque luminaris productionem ſic proſequitur primo Geneſeos. Fecit Deus duo luminaria magna, luminare maius, vt præeſſet diei, & luminare minus, vt præeſſet nocti: & Stellas. Et poſuit eas in firmamento cæli, vt lucerẽt ſuper terram: & præeſſent diei, ac nocti, & diuiderent lucem, ac tenebras. Et vidit Deus quod eſſet bonum. Sanctes Pagninus ſic vertit iuxta Hebraicam veritatem. Et fecit Deus duo luminaria magna, luminare maius ad dominium diei, & luminare minus ad dominium noctis, & ſtellas: &c. Hanc infallibilem veritatem Iudæi inficiari non poſſunt. Quandoquidem magnus ille legiſlator Moyſes in primo Geneſis: qui ab Hebræis Bereſith dicitur. Eam fatetur. Falſus igitur primo eſt huiuſmodi emanationis modus, quem Thalmudiſtæ fingunt. Falſum ſecundo eſt, Deum Lunæ lumen Solis lumini æquaſſe. Nam in principio creationis vtriuſque, lumen, ſic tribuit Lunæ: vt in noctis dominium præeſſet: Soli ita, vt in diei poteſtatem. Id confirmat Regius Profeta Dauid Pſalmo 135. qui fecit luminaria magna. Solem in poteſtatem diei, Lunam & Stellas in poteſtatem noctis. Erroneum tertio eſt, immo dicam, hæreticum, dicere Deum peccaſſe: ſubdidit Moyſes. Et vidit Deus quod eſſet bonum. Omnia igitur fecit Deus, & erant valde bona. Rerum bonitas, eius bonitatem arguit à quo proceſſerunt: ſolum id Deus non fecit, peccatum ſcilicet. Et ſine ipſo factum eſt nihil hoc eſt peccatum. Ioannis 1. cap. Reprehendunt deinde Deum ſtultitia atq; inſipientiæ, ac ſi

quæ

Eſaias contra Thalmudiſtarum opinionem.

Peccatũ quid eſt.

Quomodo Deus eſt bonus.

Hominũ bonitates quæ?

Confutatio opinionis Talmudiſtarum.

Sanctis Pagnini verſio.

Geneſis.

Dauid prophetæ.

Dicere deum peccaſſe, eſt Hæreticum.

Deus quid nõ fecit.

Pſalmus.

quæ fecerat, haud ſapienter feciſſet, & tamen omnia in ſapientia fecit Dominus: cuius ſapientiæ non eſt numerus. Pſal. 146. obmuteſcant infelices, & nolint de Deo, qui ob illorum gratiam tot mirabilia fecit in terra Ægypti, hæc ſtulta loqui: & reſipiſcant aliquando, ne gehennalibus flammis in æternum afficiantur. In memoriam diuinæ gubernationis Deus præcepit, vt in ſingulis menſiũ exordiis Aries in holocauſtum ſempiternum offeretur, non ad expiandum ſcælus ſuum.

Cur De' præcepit Neomeniarum ſacrificium.

De ordine, ac Calendarij Hebraici ratione. Cap. XXII.

Calendarij ordo qui.

SVPERFLVVM non erit Calendarij ordinem atq; rationem hic enarrare, præſertim ratione anni emboliſmici: cui additur tertius decimus menſis. Ordo igitur prædicti Calendarij, hic eſt. Primo anni Hebraici dies inſeruntur, (anni dico, communis) ſecundo Lunæ motus, & aſpectus, per quos menſes obſeruant: Tertio dies menſium, vltimo feſti, & protelti dies, Ieiunia, obſeruationes, Liſamina &c. In menſium capitibus ſemper eſt Neomenia, quia à noua Luna exordia menſium incipiunt. Vnde manifeſtum eſt, abſq; Lunæ nouæ aſpectu, nõ ſolum Neomenias non poſſe ab Hebræis ſciri, Verum etiam reliqua feſta, vel inſiguia, vel minus illuſtria celebrari. In anno autem emboliſmico additur tertius decimus menſis, & tunc feſtum phurim minus, celebratam quartadecima Luna mẽſis Addar, celebratur quartadecima die menſis Veaddar. Phurim maius celebratum quintadecima die illius menſis, protenditur vſq; ad quintamdecimam Lunam huius menſis Veaddar: reliqua vero, prout iacent. Menſis deinde primus poſt Veaddar erit Niſan, cuius initium iuxta hanc infallibilem regulam ſemper prima Luna æquinoctio verno propinquiori, obſeruandum eſt. Calendarium verò diebus 354. ſolum conſtare fecimus. Nam hic eſt verus annus Lunaris cõmunis, & ordinatus Hebræorum, & non alius. Et quãuis Hebræi aliquando celebrant annum communem ordinatum, aliquando creſcentem, aliquando deficientem: ſimiliter emboliſmicum, quandoq; ordinatum, quandoq; abundantem, quandoq; deficientem (vt patet in tabula magni Cycli Hebræorum) in qua ſunt radices pro annis Hebraicis conficiendis, ex quibus facilè varias anni Hebraici quantitates condere potuiſſemus: Qui anno Domini cuilibet correſpondere quiuiſſet. Nos tamen Iudæorum prauitatẽ inſpicientes nunquàm ex eorum Epochis Paſcha ſuum ſexta Sabbati celebrare, nec celebraſſe, immo nec celebraturos: qua feria Ieſus Chriſtus Saluator noſter pro totius mundi reparatione ligno Crucis affixus fuit, clauis cõfoſſus; & tandem vt morte ſua vitam nobis vendicaret, ibidem mortuus:

Sine nouę Lunę aſpectu nõ poſſunt Iudęi nec Neomenias celebrare, nec reliquas feſtiuitates.

In anno Emboliſmico feſtum phuris minus quãdo celebratur, & feſtũ phurim maius?

Principium menſis Niſan, quando?

Annus lunarij verus Hebræorum.

Anni Iudæorum varietas.

Iudæi nunquàm ſuũ Paſcha ſexta Sabbati celebrant.

tuus: eo cõſtruximus modo, vt Iudæorum Paſcha quod quintadecima Luna, & conſequenter quintodecimo die primi menſis Niſan à Domino Iudæis præceptum eſt, obſeruari; cuius initium quartadecima Luna ad veſperam ſumebatur: ſextæ Sabbati rectè congruiſſet: cum eo die, & non alio crucifixus fuerit, ac mortuus. Nam Iudæi dicunt Chriſtum Saluatorem noſtrum nunquam die Veneris fuiſſe crucifixũ, quia poſt ſecundam Templi reædificationem ex patrũ traditione, nunquàm feria ſexta, Paſcha ſuum celebrarunt. Idq; cõfirmare nituntur Gamalielis Chriſti diſcipuli auctoritate, qui in libro ſuo, cuius inſcriptio eſt, De Solis, & Lunæ motibus, anniq; ratione; ſic ſcribit. Statuerunt Doctores Patres noſtri Neomenias, & feſta in tẽpore conueniente ne Sabbati honor minuatur, aut alia præcepta violentur. Statuerunt itaque Neomeniam nunquàm feria prima, feria quarta, vel ſexta poſſe contingere: feſtum expiationis nunquam feria prima, tertia, neq; ſexta. Paſcha verò nunquam feria ſecunda. Feria quarta, & ſexta obſeruari poſſe, quod & ſequitur Paulus Burgenſis ſuper Matthæum cap. 26. ſuper illud: prima dies azymorum, nulla fretus ratione. Hac itaq; auctoritate Iudæi negant Chriſtum Redemptorem noſtrum feria ſexta Crucis patibulo affixum. At de libro Gamalielis iam citato, vtrum ſit illius, aut alterius dubium eſt. Primo cum hucuſq; non reperiatur, ſecundo quia Hebræi hodierni temporis nihil tale referunt: tertio, cum hoc menſe Auguſti 1598. tradito nobis à D. Ioanne Vincentio de Porta viro vndequaq; doctiſſimo libro de emendatione temporũ Ioſephi Scaligeri de quarumcumq; rerum notitia benemeriti, Neapoli iã recognito; inuenimus in initio lib. 7. Spicilegium computi Hebraici ſine auctore, ſimiliter Methodum computi: regulas feriarum, Canones Kempharum, & æras annorum mundi. In regulis verò feriarũ hos 19. Canones ab eodem ex Hebræa in Latinam conuerſos. Annus communis Hachaz Gada. Annus Embolimæus Hachaz Hoz. Adù in omnibus annis. Iàh in diebus 2. 3. 5. 7. Gatrad in cõmunibus. Bâtu takphat poſt Emboliſmum. Numquàm Bâdu phaſe. Nunquàm Gâhaz ſolemne Penthecoſtes. Nunquàm Adù caput anni. Nunquàm Zàbad phurim. Nunquàm Hagu dies Kiphurim. Nunquàm Bach, neq; Gach, neq; Gaſch, neque Zach, neq; Hach in cõi. Nunquã Hach, neq; Gaſch in emboliſmo. Semper primus dies Niſan eſt primus phaſe. Semper Penthecoſtes eſt feria ſecũda phaſe. Semper caput anni, & æra eius eſt feria tertia phaſe. Semper feſtiuitas legis eſt feria quarta phaſe. Semper ieiunium Kiphur eſt feria quinta phaſe. Semper phurim præteritum eſt feria ſexta phaſe. Ex quibus canonibus anni quantitatem modo ſuo Hebræi conficiunt, celebrantq; feſta. Iam nõ eſt Gamalielis, ſed alicuius incogniti Hebræi; niſi dixerint: ex his canonibus Gamalielem excerpſiſſe; & ſuo quem de Solis, & Lunæ motibus, anniq; ratione conſcripſit, inſeruiſſe

Quando celebrandum Paſcha Iudæorũ iuxta Dei præceptum.

Iudæi negant Chriſtũ crucifixũ die veneris, & cur.

Gamaliel Chriſti diſcipulus.

Iudæi quãdo non celebrãt Neomeniã, feſtum expiationis: Paſchatis.

Ambiguũ eſt num ſit Gamallelis liber præcitatus.

Io. Vincẽtius de Porta.

Ioſephus Scaliger.

Canones feſtorum, & feriarũ Hebraicarũ tranſlatarum.

Nec id poſſunt Iudæi ſubterfugere. Quod ſcilicet, in feſto Paſchæ Ieſus Chriſtus neci addictus fuerit. Sunt tamen ſuper illis Ioannis verbis, & ipſi non introierunt in prætorium, & non contaminarentur, ſed vt manducarent Paſcha, Doctorum teſtimonia. Chryſoſtomus dicit. Quoniam tunc Iudæi faciebant Paſcha. Auguſtinus explicat. Dies enim agere cæperāt azymorum, quibus diebus contaminatio illis erat in alienigenæ habitaculum intrare. Et Alcuinus. Quartadecima Luna Dominus, ſicut, & alij Iudæi Paſcha celebrauit. Quintadecima Luna quando magna ſolemnitas celebratur eſt crucifixus. Et Theophilatus. Voluit in Paſchate crucifigi, quia ipſe verū erat Paſcha. Sed quid Doctorum auctoritatibus immoror? Sunt Euangeliſtæ, qui concorditer diē cœnæ Ieſu Chriſti filij Dei veſpertina hora, diei Iouis fuiſſe, in quo Iudæi Paſcha tunc cæperant, conſtanter affirmant: cuius nocte captus, ligatus, mane inito conſilio ad Præſidem præſentatus, flagellatus, coronatus vocibus Iudæorum tumultuoſis morti condemnatus, tandem crucis patibulo affixus fuit. Hæc non ſunt nugæ, nec res ab hominibus excogitatæ, ſed ab ipſa veritate infallibili pro hominū ſalute exequutæ, vt ſcripturæ adimplerentur. A quibus, Doctores quicquid dicunt, excerpunt. In feſto igitur Paſchatis Chriſto paſſo. Tunc dies veneris occurrebat. Scribitur enim Ioannis 19. Erat autem paraſceue Paſchæ hora quaſi ſexta. Super quo Alcuinus paraſceue, ideſt præparatio: Hoc nomine dicebatur ſexta Sabbati, in qua præparabant neceſſaria Sabbato, vt de manna dictum eſt. Sexta die colligetis duplum, quia ſexta die factus eſt homo, & in ſeptima requieuit Deus. Ideo ſexta die pro homine patitur. Idem penitus dicit Rabbanus ſuper 26. cap. Matthæi, ſuper illud altera autem die, quæ eſt poſt paraſceuem, vt habetur ex cathena aurea D. Thomæ. Idem Beda ſuper 15. cap. Matthæi paraſceue Græcè, Latinæ, præparatio dicitur, quo nomine Iudæi: qui inter Græcos morabantur, ſextam Sabbati appellabant: eo quod in illo, ea quæ requiei Sabbati neceſſaria erant, præparare ſolerent. Quia ergo ſexta die homo factus eſt, ſeptima autem die cōditur ab omni opere ſuo requieuit: rectè Saluator ſexta die crucifixus humanæ reſtaurationis impleuit arcanum. Idem confirmare videtur illud Ioannis 19. Iudæi ergo quoniam paraſceue erat, vt non remanerent in cruce corpora Sabbato, erat enim magnus dies ille Sabbati, rogauerunt Pilatum, vt frangerentur eorum crura, & tollerentur. Ex quibus verbis quis eſt, qui negabit, quod ſi ob diei Sabbati reuerentiam non permiſerunt, vt crucifixorum corpora in crucibus remanerent, ſed inde ſublatis, non contaminabatur dies Sabbati, quia magnus, tum propter Sabbatum, tùm ob Paſchatis feſtum, & dierum azymorum, erat dies ille Sabbati, paraſceue non erat dies Sabbatum præcedens, ipſiq; continuus, Sabbatumq; paraſceue ſubſequēs? Tractatum opportuiſſet edere ſpecialem

Chryſoſtomi teſtimoniū, quod Chriſt⁹ paſſus fuit in paſchatæ.

Teſtimoniū D. Auguſtini

Alcuini auctoritas.

Theophilacti

Ratio cur in paſchatæ pati voluit chriſtus.

Chriſtus quo tempore vltimam perfecit cœnam.

Alcuinus.

Paraſceue dicebatur feria ſexta, & cur.

Rabbanus.

D. Thomas.

Beda.

Paraſceue nomen Græcū.

Homo qua die fact⁹ eſt.

Iōnes Euangeliſta.

Iudæi cōuincuntur.

ſi rationes,ſiq; Doctorum auctoritates, afferre voluiſſemus. Quare neſcio cur Scaliger optimus vir dixerit, quod etſi Chriſtus paſſus ſit feria ſexta: non tamen erat paſchæ feſtum, cum Paſcha in ſacris biblijs, etiam iuxta Scaligerum, tam 14. quam 15. Niſan dicatur,& feria ſexta 15. Niſan, vel 14. erat. Igitur Paſchæ feſtum erat. Verumtamen non ita ſolemne, vt ſequens: ac ideò præparabunt neceſſaria pro Sabbati die, qui magnus erat ob ſabbatiſmum,& ſolemnitatem paſchalem. Licet illis diebus, etſi ſolemnes, poterãt aliquid operis facere in his,quæ ad veſcendum pertinerent. Vt habetur Exod.12.

Paſcha Hebrçorũ in ſcripturis tam 14 quàm 15. Niſan dicitur.

Dubiũ de die paſſionis chriſti.

Sed mox ſe offert dubium ex Euangeliſtarum dictis circa diem paſſionis Ieſu Chriſti filij Dei. Inquit enim Matthæus 26.cap.prima die azymorum acceſſerunt diſcipuli ad Ieſum dicentes. Vbi vis paremus tibi comedere Paſcha? prima dies azymorum propriè, & abſolutæ illo anno fuit feria ſexta, ſicut & nos in calendario præfiximus: ſi hoc verum eſt. Sabbato eſſet crucifixus Saluator noſter, non ſexta Sabbati. Idem dicunt Marcus 14.cap.& Lucas 22.

Dubij ſolutio

Dies feſtos quãdo inchoant Iudæi.

Sed facilis eſt reſponſio,ſi cõſideretur Iudæos ſemper à Veſperis inchoare dies feſtos, qui ad ſequentes veſperas terminabantur. Vocant igitur Euangeliſtæ primam diem azymorum diem Iouis non abſolutæ, ſed illius legale initium, qui verè quartadecima Luna, ac per hoc quartadecima die primi menſis inchoabat. Vnde ſignanter addidit Marcus 14.cap. quando Paſcha immolabant. Nam ſimul paſcha, & azyma incipiebant. Nihilominùs dies Paſchatis ſuccedens verè primus dies azymorum dicebatur, qui etiam Paſcha appellabatur.

Aliud dubiũ de die cænæ Chriſti.

Græcorũ opinio de die cænæ Chriſti.

Alterius dubij ſolutio.

Prima explicatio illi' auctoritatis Io. 13. ante diem feſtũ paſchæ.

Azymorum primus dies, & Paſcha idẽ ſunt.

Vnde hinc diluitur dubium ex Ioannis dictis 13.cap.ſcilicet quando dixit ante feſtum Paſchæ, vbi cęteris Euangeliſtis contrarius videtur. Hi enim in Paſchatis feſto Chriſtum cęnatum dicunt,ille verò ante feſtum. Quod cũ ita ſit, tertiadecima Luna (vt dicunt Grçci) cęnaſſet, dieq; Iouis eſſet crucifixus; nam die ſequenti poſt cęnam fuit crucifixus. Hoc inquã dubium diluitur modo prædicto, ſcilicet: quod ſi ante feſtum cęnatum dicit Ioannes, intelligitur ante feſtum Paſchæ, ideſt ante primum diem azymorum abſolutè,non ante illius legale initium: & per hoc quartadecima Luna. Vnde & quintadecima fuit crucifixus. Euangeliſta enim primum azymorum diem pro Paſcha, Paſcha verò pro primo die azymorum ſumere conſueuerunt. Vnde Græci maximè errant nõ intelligentes Euangeliſtarum intentionem.

Caietani ſecunda explicatio de die cænę Chriſti

Dies cęnę duplex.

Quamuis & Caietanus in commentariis ſuper Ioannis 13.cap. reſpõdeat cænam illam, quoad feſti legale initium in Paſchatis feſto fuiſſe, quo verò ad naturale tempus cænæ ante feſtum. Nam cæna erat diei ſcilicet terminati ante feſtum,hoc eſt in vigilia feſti.Itaq; Ioannes diem vſualem ſecundum prandium, ſupputauit, cæteri Euangeliſtæ diem legalẽ, vnde non contrariantur ad inuicem. Sed quia res eſt cum Iudæis. Etiã ſe ipſos, ne dum Chriſtum Dominum noſtrum, & Doctorum teſtimo-

nia

nia negare ſolentibus, videant hiſtoricos, legant illos; vbi Ieſum Chriſtum filium Dei in eorum Paſchatæ, ſexta Sabbati, quæ apud nos dies eſt Veneris, fuiſſe crucifixum luce clarius intuebantur. Tu autem qui ſacri baptiſmatis lauacro regeneratus es, Intellectus aciem in ea quæ Euangeliſtæ dicunt, intende, ac quæ in eorum expoſitione Doctores aperiunt, tota mente reuolue. Attende quod qui non venerat ſoluere legem, ſed adimplere: omnia equidē quæ legis erant, vſq; ad exitum animæ, adimpleuit. Attende antiquam ſanctæ Eccleſiæ conſuetudinem, quæ ab Apoſtolorum tempore vſq; ad noſtra, paſſionem Domini ſemper feria ſexta celebrauit; Cuius auctoritas cuiuslibet auctoritati anteponitur, cum ea ſit, vt à Spiritu Sancto regatur, ob id nec falli, ne fallere poteſt. Cæterùm Iudæi dicent, nondum auctoritati Gamalielis, qui & ipſe diſcipulus erat Ieſu ſatisfactum eſt. Cui reſpondendum arbitramur, librum illum Gamalielis ſi modo ſuus fuerit antequàm eſſet diſcipulus Chriſti editum eſſe. Sed (dices) vel ante, vel poſt, parum refert, quinimò dicimus, parum referre cum non iuxta propriam ſententiam, ſed Hebræorum ſuorum id dixerit. At etiam diximus, qui Ioſephus Scaliger rerū Hebraicarum eruditiſſimus, nouiter; & ſi aliquando Gamalielem nominet, nunquàm tamen hunc citat librū. Mirum quidem cum maximè verſatus ſit hiſce rebus. Sed ex ſpicilegio computi (vt iam dictum eſt) ex regulis feriarum elicit Hebræos inſtituiſſe translationes polyticas, tam quo ad anni quantitatem, quàm quo ad menſium qualitatem, tam quo ad anni caput, quàm quo ad ferias capitis anni menſis Niſan &c. Verum inferius id expedemus. Epiſcopus tamen Foroſempronienſis lib.3. ſecundæ partis reſpondet. Duplex Paſcha eſſe apud Iudæos, antiquum, & nouum, ſeu legitimum, & iudiciale. Antiquum, & legitimum 14. die primi menſis ad veſperam inchoari, de quo 12. Exodi, Leuit. 23. & num. 9. longè digreditur. Nouum verò, & iudiciale ſic vocatum, quia à Iudicibus, & Doctoribus per Epicheiam quandam, & legis moderationem in ſecūda templi reſtauratione inſtitutum fuit, quia ob certas cauſas licuit Neomeniam anni, & menſium, obſeruari non ſemper ipſo die nouilunij, verum aliquando ad ſequentem, non vnquàm ad duos dies tranferri. Cauſa vero eſt, ne expiationis feſtum Sabbato cōtinuaretur: aut palmarum ſolemnitas, & frondium denſarum; ex quo accideret, vt Sabbati honor minueretur. Et feſta violarentur. Idem prorſus dicit Ioannes Lucidus Samoſathæus cap.9. de vero die paſſionis Domini. Sed adhuc viri iſti non explicant, intentum: an ſcilicet in Paſchatæ legitimo, & antiquo, vel in nouo, & iudiciali Chriſtus ſit paſſus: aut Paſcha legitimum, & antiquum illo anno paſſionis Chriſti die Iouis acciderit ad veſperam, ſeu nouum & iudiciale. Vel ſi dicere velint Chriſtum paſſum in paſchatæ legitimo, non autem iudiciali, vel è conuerſo. Nos tamen dicimus;

Chriſtianus quid debet facere.

Rationes potiſſimæ, quod Chriſtus ſit crucifixus feria ſexta, probantes.

Eccleſia non pōt falli, vel fallere, & cur Iudæorū inſtantia.

Epiſcopus Foroſempronienſis.

Duplex Paſcha Iudæorū

Paſcha antiquum, & legitimū quid.

Paſcha nouū, & iudiciale quid.

Hebræi non ſemper obſeruarunt Neomeniam ipſo die nouilunij & ius.

Io. Lucidus.

Quando paſſus eſt Chriſtus, vel fuerit Paſcha legitimum, vel iudiciale; feria ſexta paſſus eſt.

Ratio potiſſima.

Iudęi nõ ſunt digni excuſatione de Paſchatæ nõ celebrando iuxta Dei præceptum.

Ratio de celebratione Paſchatis iudicialis friuola.

Cur Io. Euangeliſta diem Sabbati, poſt diem crucifixionis Ieſu Chriſti appellauit magnum.

Hebræorum feſta cur tráſlata.

quod vel fuerit tunc Paſcha legitimum, vel iudiciale proculdubio die Veneris paſſus eſt Chriſtus Saluator noſter. Primo credendũ eſt, Chriſtum vſq; ad extremum vitæ non eſſe aduerſatum legi, & conſequenter paſcha legitimum celebraſſe, eoq; die manducaſſe agnum paſchalem: ſequenti tamen crucifixum: quæ dies fuit Veneris. Quod ſi Iudæi ſexta Sabbati non quinta ad veſperas manducarunt paſcha, ſicq; illud Sabbato celebrarunt, adhuc in paſchatæ iudiciali; ſcilicet in illius initio; quod accideret feria ſexta ad veſperas, paſſus eſſet. Vel dicendũ: quod ſi non manducarunt paſcha congruo tempore ipſi aduerſati ſunt legi. Nec excuſatione digni ſunt, quòd maiores ſui ita ſtatuerunt. Ne feſta violarentur, & Sabbati hõnor minueretur. Sunt ne prudentiores, & Deo ſapientiores? Verè nil aliud inferre volunt, niſi quòd Deus fuerit impudentiſſimus, ac ignorans quando feſta celebrari debebant. Et niſi eſt aliquod Dei præceptum circa hanc feſtorum obſeruationem, & Epicheiam quod me adhuc latet, nec etiam credo manifeſtè perſpicitur Iudæos nunquàm vel raro feſta obſeruare iuxta Dei mandatum in lege. Quòd ſi ſemel aut bis propter impedimenta aliqua, factum ſit: vt feſta haud tempore ſuo celebrata fuerint: non tamen propter hoc trahendum eſt in conſequentiam, vt feſta ſic ſemper celebrentur: aut celebrata ſint tempore paſſionis Chriſti, vel ante. Ratio verò quã aſſignant, ne feſta violarentur. Et ne Sabbati honor minueretur friuola eſt. Nam tunc maior ſolemnitas eſſet. Vnde bene dixit Ioannes Euangeliſta: erat enim magnus dies ille Sabbati. Quod in aliis Sabbatis, præſertim eis in quibus aliquod miraculum à Domino effectũ eſt, nec ipſe, nec alij Euangeliſtę vnquàm dixerunt; Num quia cæteri Sabbatorum dies non eſſent magni? vtique, ratione Sabbatiſmi; ſed addidit tunc magnus propter Paſchalem ſolemnitatem, cum ſecunda dies eſſet azymorum. Nec ob id violatum eſt feſtum illud. Cæterùm, vt negotij huius veritas illuſtrior reddatur, huius translationis feſtorum, & Neomeniarum cauſam nõ arbitramur factam, quia Sabbati honor minueretur, & feſta violarentur: non enim violatur feſtum propter feſtũ, ſed maior arguitur (vt dictum eſt) ſolemnitas. Sed remur factam ob Iudæorum ingluuiem, & crapulam. Exiſtimabant namque duo Sabbata continua, in commoda eſſe propter cibos, quos coctos biduum continuum aſſeruare in regionibus calidis, anni tempore præſertim torrido difficile erat: ac propterea, vt manducarent recentes carnes, inſtituerũt feſta celebrari alio quàm ſuo tempore (id Hebræi met fatentur). Vide quam vecordes, & impudẽtes quòd propter Seniorũ traditiones, & ventris commoditatem; recedunt à præceptis Dei. Sed addunt quoq; id effectum, quod tunc mortuorum corpora aſſeruari minimè poſſent. Si quis enim tunc obiret, non poſſe ſepelliri ob ſolemnitates: cumq; citra putoris, & corruptionis periculum aſſeruari quoq;

non

non poſſent; quo periculum huiuſcemodi euitarent inſtituiſſe translationes has polyticas. Sed quis non videt ambas rationes friuolas, cum vtriq; non fuerit difficile prouidere? carnes ſcilicet per biduum coctas aſſeruare incorruptas: & itidem mortuorum corpora non olentia? ſed conuincuntur Hebræi primò, quod cum ante Babylonicam tranſmigrationem non eſſent huiuſmodi tranſlationes (quamuis Ioſepho Scaligeri videatur temporibus Seleucidarum in Iudæa incæpiſſe auctoritate flauis Ioſephi inde antiquitate Iudæorum Iudæis verò ab exilio Babylonio) feſtum feſto ſuccedebat; ac propterea carnes coctas aſſeruari per biduum incorruptas, itemq; mortuorum corpora abſq; fætore. Quare nec Sabbati honor nunc minuebatur, nec feſta violabantur. Secundo, tranſlationibus polyticis ſuppoſitis, iā Paſcha in Sabbatum incidere poteſt iuxta eorum Epochas: tunc Penthecoſtes incidit quoque in Sabbatum, quia Penthecoſtes quinquageſima paſchatis eſt, ergo duo feſta eodem die. Quid reſpondent ad hæc? Tertio, cum 15. Niſan, hoc eſt Paſcha, in feriam primam incidit, quæ iuxta translationes polyticas iam incidit: tunc duo incidunt ſolemnia, quia Sabbatum præcedit ſolemnitatem paſchalem. Hæ rationes conuincunt Hebræos. Quarto, ſi quæritur ab Hebræis cur translata ſint feſta reditum à Babylone in Hieroſolymis. Reſpondent (quod ſuperius factum eſt) vt ſcilicet carnes coctæ per biduum conſeruari poſſent: Itemq; mortuorum corpora à fætore; ac propterea quia non licet Sabbato, diebus feſtiuis, nec ignem accendere: vt cōmodè hæc omnia ſeruari potuiſſent, tranſlata ſunt feſta polyticæ. Si vltra quæritur, cur ante tranſmigrationem in Babylone non ſint tranſlata, poſt autem ſic? Reſpondent ante tranſmigrationem Hieroſolymitarum aerem temperatiorem, poſt verò reditum calidiorem fuiſſe, & peſtilentiorem: ac propterea, quia carnes coctæ per biduum perſeuerare non potuiſſent abſq; putredine, itemq; mortuorum corpora ob aerem peſtilentiorem, propterea mutata ſunt feſta polyticæ. Friuola ratio eſt, cum terra promiſſionis præ cæteris à Deo Opt. Max. ideo data fuerit Hebræis, quia ferocior aere ſalubrior, aquis limpidior, omnibusq; bonis abundans: terra fluens lacte, & melle. Qui igitur fieri poterit, vt ſpatio annorum 70. mutatus ſit aer Hieroſolymitanus? Vanitates, Vanitates: Nugæ, Nugæ. Rurſus poterant vtiq; Hebræi exercere ea, quę ad veſcendum pertinebant diebus feſtiuis abſq; peccato: quandoquidem ſcribitur Exodi 12. dies prima, ideſt azymorum, ſancta atq; ſolemnis erit, & dies ſeptima (hoc eſt vltima azymorum) eadem feſtiuitate venerabilis; nihil operis facietis in eis, exceptis his, quæ ad veſcendum pertinet. Cur igitur tanta mutatio obſeruatioq;: ne dicamus ſuperſtitio? Sed quod faceſcit negotium eſt, nos huius eſſe opinionis, tranſlationes haſce polyticas poſt Chriſtum paſſum ab Hebræis adinuentas eſſe: vt ſuæ adhiberetur opinioni

Rationes Hebræorum de feſtorū tranſlationib' friuolæ.

Prima ratio contra Hebræos.

Ioſephus Scaliger.

Ioſephus Hebræus.

Secūda ratio.

Tertia ratio.

Quarta ratio

Quinta ratio contra Hebræos.

Exodus.

Trāslationes feſtorum Hebræorum polyticæ, poſt Chriſtū paſſū.

nioni fides, Ieſum Chriſtum filium Dei haud eſſe paſſum feria ſexta?

Sexta, & vltima ratio contra Hebræos.

Eritq; vltima noſtra ratio. Id nobis perſuadet ſpicilegium cõputi Hebraici cum methodo computi, cum regulis feriarum, cum canonibus ketupharum, cum æris annorum mundi poſt Chriſti paſſionem editum eſſe. Demonſtratur autem ſic. Totum ſpicilegium diuiditur in quinque capita, nempè in ſpicilegium computi: in methodum computi: in regulas feriarum: in canones Kempharum, & in æras annorum mundi. Tota hæc tractatio diuiditur in 68. canonibus. Accipiamus in æra annorum mundi numerum 66. correſpõdentem canoni ad exilium Franciæ 5155. Numerum 67. ad exilium Hiſpaniæ 5252. numerum 68. Ad exilium Portugalliæ 5260. qui ſic explicantur. A conditu mundi ad exilium Franciæ præcucurrerunt anni mundi 5155. Ad exilium Hiſpaniæ 5252. Ad exilium Portugalliæ 5260. Videamus, hi anni mundi ar, & quibus correſpondeant annis Domini. Reperiemus numerum 66. cui correſpondet ad exilium Franciæ 5155. à conditu mundi reſpondere annis Domini 1395. Quandoquidem computus in æra annorum mundi adnotat à mundi conditu vſque ad æram Chriſtianorum 3760. Nunc accõmodata ſubtractione minoris à maiore, annus mundi 5155. correſpondet anno Domini 1395. In quo fuit exilium Franciæ Iudæis (vt ipſimet dicunt) Annus ab orbe condito ad exilium Hiſpaniæ 5252. correſpondet annis Domini 1492. Annus à mundi exordio ad exilium Portugalliæ 5260. correſpondet anno Domini 1500. Igitur his annis editum eſt computi ſpicilegium, cum methodo computi: cum regulis feriarum, cum canonibus Ketupharum, & cum æris annorum mundi: ex quibus conficiunt Hebræi annuam quantitatem, ſolemnitas polyticas, caput anni &c. Qui enim fieri poterit, vt ante Chriſtum ſint tranſlationes polyticæ: & canones tamen feriarum, & ſimilia poſt Chriſtum ſint effectæ? Dicacitates Hebræorum ſunt ad fundandas eorum opiniones, illam præſertim qua dicunt Chriſtum non eſſe paſſum feria ſexta. Nihilominus tamen, negare non poſſunt poſt Chriſti paſſionem canones editos. Scio Ioſephum Scaligerum virum præſtãtiſſimum affirmare computum huiuſmodi eſſe antiquiſſimum: quinimò lib. 4. de emendatione temporum inde anno ſolari Iudaico, magiſtrum Samuelem Iudæum citat: affirmatq; vnum eſſe ex antiquiſſimis computi annalis Iudæorum caſtigatoribus, neſcio tamen ſi de hoc, aut de alio loquatur. At non negamus rationem inueniendi Neomeniam antiquiſſimam eſſe: modum tamen ſpicilegij, ordinem, dilectum, diſtinctionem, & ſimilia; æra annorũ mundi docet in canonibus 66. 67. 68. poſt Chriſtum edita: ac propterea translationes polyticas. Verum Scaliger obiicit: non alio elencho refelli poſſe eos, qui tranſlationes polyticas Seleucidarum temporibus vſitatas negant, quàm Ioſephi Iudæi auctoritate, cuius teſtimonia conuincunt annis pluſquàm 130. ante

Spicilegij cõputi & c. diuiſio.

Exiliũ Franciæ Iudæis.

Exilium Hiſpaniæ, & Portugalliæ.

Spicilegium computi Hebræorũ quando editum.

Ioſephus Scaliger.

Ratio inueniendi Neomeniã eſt antiquiſſima.

Scaligeri obiectio.

Ioſephus Hebræus.

Chri-

Obiectionis dilutio prima

Chriſtum eas in vſu fuiſſe. Reſpondemus Ioſephum Iudæum illuſtrem virum, de feſtis illis polyticæ tranſlatis loqui: quæ ob impedimenta, vel bellorum, vel inimicorum, vel itineris, vel captiuitatis, vel alicuius ſimilis non potuerunt debito tempore, commodè celebrari; quæ aliis celebrari diebus neceſſe fuit. Sicuti in veteri ſcriptura reperies Paſcha Hebræum aliquando celebratum 14. die menſis ſecundi: & tamen 14. die primi menſis debere celebrari: ex ſcripturis ſanctis manifeſtè elicitur.

Paſcha Hebræorum aliquando celebratū eſt mēſe ſecundo.

Secunda reſponſio.

Poſſet dici ſecundo, Ioſephum ore Hebræorum ſui temporis loqui, qui cum dixerint antiquas eſſe translationes polyticas, id quoque Ioſephus enunciauit. Clarult certè Ioſephus tempore obſidionis, & euerſionis vltimæ Hieruſalem per Titum, & Veſpaſianum factæ, ac propterea poſt Chriſtum annis à Natiuitate 72. à paſſione vero 39. & paulo amplius (ſi Neotericis credendum erit) fuitq́; vnus ex captiuis Hebræorum; Romaq́; cum aliis delatus Hebræis.

Ioſephus Hebræus quādo claruit.

Euerſio vltima Hieruſalem.

Obiectio.

Prima reſpōſio.

Si verò diceretur ꝙ Canones ab æra Chriſtianorum vſq; ad exilium Portuгалliæ, ſint additi prioribus Canonibus, qui ſunt antiqui. Reſpondemus, primò id contra Scaligerum militare, cum dicat canones omnes ante Chriſtum editos, quia trāſlationes feſtorum polyticas annis pluſquam 130. ante Chriſtum in vſu fuiſſe: ergo & Canones.

Secunda reſponſio.

Fatemur ſecundo eſſe additos, quia ſunt vltimi (vltimum etenim penultimo additur) verum Canones met innuunt poſt Chriſtum eſſe editos: nec inficiari poſſunt. Qua de re Gamalielem ex his canonibus excerpſiſſe canones, & ſuo (quem de Solis, & Lunæ motibus anniq́; ratione conſcripſit) inſeruiſſe libro: valde diſſonare omnibus conſpicuum erit.

De Menſe, & die Paſſionis Ieſu Chriſti filij Dei. Cap. XXIIII.

Fideles conueniūt in die paſſionis chriſti, diſſentiūt verò in mēſe, & in die menſis.

FIDELES omnes cōueniunt qua die paſſus eſt Chriſtus, nempè feria ſexta: diſſentiunt verò in menſe, & in die menſis; quæ ſcilicet erat illa nobis Latinis, cuius menſis Iuliani, & cuius diei menſis. Non admodum parua quidem eſt hæc diſputatio, ſed illuſtris: ob varias illuſtrium virorum ſententias. Nos verò ex profeſſo haud difficultatem hāc diſcutiemus, quandoquidem, nec tempus, nec pagina ſufficerent. Iam opus de die paſſionis Ieſu Chriſti filij Dei, quem præ manibus habemus: diffuſius, ac ſeiunctìm Deo ter Maximo nobis opitulante in lucem emittetur.

Quo die menſis paſſus eſt Chriſtus non eſt determinatum ab Eccleſia.

Siccis igitur pedibus nunc pertrāſire oportet, nec omnium omnes opiniones recenſere, ſed ſolemnes, recentioresq́;: nec animus erit nobis pro nunc eas abſolutè refellere; iterum namq; ſuccedet hæc tractatio, ibiq́; & refutabimus, & amplectemur: quia nondum ab Eccleſia (cui omnes noſtros ſubiicimus labores) aliquid huiuſmodi determina-

D. Auguſtini opinio myſtica, & coniecturalis.
Aliorum opinioni reſponſio.

minatum eſt. D. Auguſtinus (quem pleriq; ſequuntur), die 25. Martij Chriſtum paſſum arbitratur: & eſt opinio magis communis; at rationes eius omnes, ſunt myſticæ, & coniecturales. Quod autem alij probant tali die paſſum Chriſtum, quia in martyrologio fit mentio de bono latrone tali die paſſo, & mortuo: fit quidem ſatis dicendo, opinionem hanc eſſe vulgarem; cum verò, qui hoc in martyrologio inſeruit: illius eſſe opinionis. Quæ cum nec fidei, neq; optimis repugnet moribus abſq; iudicio teneri poterit. Verum id ex placito, & coniectura factum eſſe ſatis conſtat; cum Franciſcus Maurolycus Abbas Meſſanenſis, paſſionis Chriſti memoriam in ſuo martyrologio diei 26. Martij attribuat: inquiens inſuper, huc referri memoriam Dimæ latronis: cui Saluator in cruce paradiſum promiſit. Cęſar verò Baronius Cardinalis doctiſſimus, & de Eccleſiaſticis annalibus optimè meritus: in ſuo Martyrologio diei xxv. Martij memoriam boni latronis dumtaxat, nulli tamen dierum Martij paſſionis Chriſti memoriam tradit. Ambobus libris, dum Vico Neomeniarũ Salomonis impreſſioni aderamus, nobis oblatis à Paulo Regio Æquēſium Epiſcopo viro integerrimo. Cuius laboribus, in vitis Martyrum, Confeſſorum, atq; Sanctarũ virginũ fœliciter decoratur Eccleſia. Cuius probitas, ſapientia, manſuetudo, morum affabilitas cunctis perſpecta eſt. Sed quis charitatē eius in hoſpitalitate munificentiſſimā non admirabitur? Admiramur & Nos certè ob redituum paucitatem, & tamen Epiſcopi domum, omnium; pauperum Chriſti præſertim, Hoſpitium eſſe. Verum ad id à quo religioſiſſimi Antiſtitis merita me auocauerant, redeuntes: ratio de Dimæ latronis memoria 25. vel 26. Martij relata non eſt demonſtratiuè conuincens illo die Chriſtum paſſum. Onufrius Panuinius ordinis Heremitarum Sancti Auguſtini vir in hiſtoriis verſatiſſimus 26. Martij contendit Chriſtum paſſum: (quam opinionem amplexi ſunt Maurolycus, & Io. Paduanius) vnam addens diem opinioni Auguſtinianæ. Verum ea facilitate refelli poteſt, qua ſuperior reiecta eſt. Sed peior opinio illorum eſt, qui minus 25. Martij Chriſtũ paſſum dicunt: quam non opus eſt, nunc nec recenſere, neq; refellere; cum in ſpeciali opere ſumus tractaturi, reiecturiq́ue. Si verò argueretur, omnino tenendum eſſe Martij menſe Chriſtum paſſum ex longa fidelium obſeruatione, quippe qui dies Veneris Martij ſingulos in magna reuerentia habeant (vt manifeſtum eſt fidelium huius tēporis deuotione) non niſi certè, quia tunc creditur paſſum fuiſſe Chriſtum. Reſpondendum arbitramur, vtiq; die Veneris Martij Hebræorum, qui eſt Niſan paſſum fuiſſe, non Martij latinorum: illumq́; diem fideles venerari quo paſſus eſt. At quis negabit, quod Eccleſia cōtrarium aſſerere videtur; cum in decretis de conſecratione diſt. 3. c. celebritatem: doceat menſem paſſionis fuiſſe Aprilem? loquens etenim de menſę Hebræorum

Franciſcus Maurolycus.
Cæſar Baronius Cardin.
Paul' Regius Aequēſis Epiſcopus.
Onufrij Panuinij opinio de die, & mēſe paſſionis Chriſti.
Franciſcus Maurolycus.
Io. Paduani'.
Argumentũ.
Reſponſio.
Eccleſia menſem paſſionis Chriſti Aprilem ſentire videtur.

Paſcha-

paſchali in quo accidit Chriſti paſſio, habet hæc verba. Qui mĕſis apud Hebræos appellatur Niſan, apud nos verò Aprilis. Subinde, diſt. 75. Primus menſis, hoc eſt lunatio; quæ fit circa æquinoctium vernum apud Hebræos, eſt Aprilis: ſed in illa lunatione accidit Chriſti paſſio, ergo (iuxta canones) menſis paſſionis Chriſti fuit Aprilis, non alius. Nonnulli deinde conueniunt in menſe Aprili: opponuntur tamen in die.

Scaliger opinio de d e mē ſis paſſionis Chriſti.

Omittentes itaq; placita aliorum, examinãda eſt Ioſephi Scaligeri viri illuſtris, opinio: qui lib. 6. de emendatione temporum iam recognito, cōſtanter affirmat Ieſum Chriſtum filium Dei paſſum die 23. Aprilis nobis Latinis: anno ætatis ſuæ triceſimo quarto cōpleto, triceſimo autem quinto inchoante.

Aetas Chriſti paſſi iuxta Scaligerum.

Opinio quidē noua, & hucuſq; inaudita, ſed ex veris canonibus vetuſtiſſimi anni Hebraici (vt ipſe fatetur) eruta: quã ex progreſſu euangeliorum, ex hiſtoriis, præſertim Ioſephi Iudæi, ex quàm plurimis doctoribus conſtantiſſimis demonſtrationibus probare credit, & nititur. At quid opus eſt omnes rationes eius afferre, cum in ſpetiali tractatu, & afferemus, & examinabimus, ſupereſt ergo aliquas apponere.

Cronologia Chriſti paſſi iuxta Scaligerum.

Inter alias præcipua eſt ea, qua retur Chriſtum paſſum anno triceſimo quarto completo (vt dictũ eſt) & triceſimo quinto inchoante: Tiberij decimo nono Iudaico, viceſimo autem Romano; Coſſ. L. Vitellio Nepote. Dub. Fabio Priſco. Ponitq; Neomeniã Niſan die 6. menſis hor. 19. ſcrup. 95. correſpondentemq; 10. Aprilis noſtri feria 7. Iudæorũ. Hæcq; vt manifeſtentur diagramma conficit quinq; paſcharum à Baptiſmo Chriſti vſq; ad paſſionem ſuam.

Primum opinionis Scaligere examen

Examinare quidem oportet haſce ſupputationes. Quid intelligit Scaliger per diem 6. Niſan, aut diem menſis, aut feriam. Si diem, quomodo diei 6. Niſan attribuit Neomeniam; cũ dies Neomeniæ ſemper ſit prima menſis, ipſe verò facit 6. ſi feriam, qua nam ratione ponit diem Niſan 6. feriã vero 7. Si reſpectu horarum 19. ſcrup. 95. iam dies Hebræorũ etiam iuxta Scaligerum ab occaſu deſumitur.

Secundũ examen.

Secundum examinandum, ſi Neomenia Hebræa correſpondet 10. Aprilis menſis noſtri, ſeu Iuliani, & 14. die cũ Luna, phaſe eſt Hebrçorum 15. verò prima dies azymorum in qua paſſus eſt Chriſtus; numeretur à 10. Aprilis in qua eſt Neomenia Niſan vſq; ad 23. in qua paſſum Chriſtum dicit Scaliger: iam 13. mĕſis Niſan paſſus eſſet Chriſtus. Igitur 13. Luna: conueniret ergo cum Græcis. At in ſumma diſputationis ſuæ (dices) Scaliger habet 14. die paſſum, ſumit namq; partem diei Neomeniæ, & partem diei paſſionis: ſicq; conficiuntur 14. dies. At quo nam modo id ſit verum, neſcimus.

Dies agni mactari, & editi paſſione Chriſti.

Vnum tamen nos minimè latet, 14. Luna, & conſequenter die, ad veſperã agnum mactatum, & editum: Chriſtumq; tunc comediſſe; crucifixum verò die ſequenti 15. feria ſexta.

Refellitur Scaligera opinio de ætate Chriſti paſſi, & baptizati.

Quomodo igitur 14. Niſan? niſi differentiã inter veram, & mediam 14. Lunam facere vellet. Quod autē dicit, Chriſtum paſſum triceſimo quarto anno completo, triceſimo autem quinto inchoan-

inchoante (quod eſt ſuum primum fundamentum) probatq́; ob quinq; paſchata à baptiſmo Chriſti vſq; ad paſſionem eius decurſa: quia anno triceſimo completo, triceſimo autem primo inito baptizatus fuit; pace tanti viri videtur contra Sanctĩ Lucæ Euangelium directè militare. Quandoquidem ennarrans Euangeliſta cap.3.baptiſmum Chriſti, ætatemq́; ſuam: inquit, quod ipſe Ieſus erat incipiens quaſi annorum triginta. Quo in loco duo dicit Sanctus Lucas. Primum eſt, quod Ieſus erat incipiens annorum triginta: ſecundum eſt, quod quaſi erat incipiens annorum triginta. Quare ſi in verbis vim fieri licuerit, poſſet dici: quod nondum incæperat Chriſtus annum triceſimum, ſed propè erat. Nam ly quaſi, conditio diminuens eſt annorum triginta: ac propterea ſuffeciſſet dictu; erat incipiens annorum triginta: hoc eſt quod tunc incæperat; ſed addens quaſi, videtur innuere, quod nondum attigerat triceſimum annum, ſed iam attingere vellet. Cæterũ veritas eſt, quòd à die natiuitatis Chriſti vſq; ad diem baptiſmi eiuſdem, qui die Ianuarij ſexta, occurrit (tunc enim celebrat Eccleſia Chriſti baptiſmum) cum dies 13. Soli currant, totidem dierum erat Chriſtus ſupra 29. annos completos. Qua de re ob dierum paucitatem dicit Euangeliſta erat incipiens quaſi annorum triginta, ſcilicet 29. completorum, & triginta initorum nempè 13. dierum dumtaxat. Quo igitur fundamento Scaliger doctiſſimus, & optimus vir, triceſimo anno completo baptizatum autumat Chriſtum, & triceſimo primo inito: cum Sanctus Lucas expreſsè dicat eſſe incipientem annorum quaſi triginta? Videãt alij ſi rectè exponamus. Ergo cum addat annum annis Chriſti, innixus opinioni, quòd triceſimo completo, triceſimo autem primo inito baptizatus fuerit: ruit ratio ſua de die paſſionis Chriſti in 23. Aprilis relata. Subinde, ex Paulo Apoſtolo elicere conatur Chriſtum paſſum triginta quinq; annorum, quia perfectæ ætatis ſcribit eſſe interfectum cum loquitur de reſurrectione: perfecta verò ætas eſt annorũ trigintaquinque. Sed Paulus Apoſtolus non habet Chriſtum interfectum 35. anno ætatis ſuæ. Arbitramur autem (etſi Scaliger non citet locum) ex verbis Apoſtoli ad Epheſios 4. vbi dicit: donec occurramus in vnitatem fidei, & agnitionis filij Dei in virum perfectum in menſurã ætatis plenitudinis Chriſti: elicere tali ætate Chriſtum paſſum. Verum ex illo loco nihil aliud habemus, niſi quod omnes reſurgemus in ætatẽ plenitudinis Chriſti: at ætas in qua Chriſtus mortuus eſt, & reſurrexit nõ determinatur à Paulo; niſi quòd in perfecta ętate reſurgere debuit, quemadmodum & reſurrexit. Sed quæ ætas ſit iſta, doctores ferè omnes affirmant 33. annorum, eſſe ætatem perfectam. Quare 33. annorum completorum erat Ieſus in Cruce poſitus, & paulò amplius; nempè menſium trium, & paulò amplius. Quapropter abſurdiſſima eſt illorum opinio, qui dicunt Chriſtum Ieſum in ſenectute paſſum, nec eſt

verum

[Marginal notes:]
Chriſti ætas in baptiſmo.
Prima expoſitio verborũ Sancti Lucæ de ętate Chriſti baptizati.
Secunda expoſitio Germana.
Scaligeri fundamentũ de ætate Chriſti baptizati eſt contra Sanctum Lucam.
Alia Scaligeri ratio ętate Chriſti paſſi.
Rationis Scaligeræ diluctio.
Aetas Chriſti mortui, & reſuſcitati non determinatur à Paulo.
Aetas pfecta.
Aetas chriſti in cruce.
Opinio abſurdiſſima de chriſto paſſo in ſenectute.

verum eſſe Hirenęi viri doctiſſimi,& Chriſtianiſſimi:(cuius vitã nuper elaboratam cernimus à Paulo Regio Æquenſium Epiſcopo, viro tum pietate, in doctrina, inſigni) ſed falsò ab Hæreticis illi aſcribitur. Opinio quidem quæ aduerſatur omnibus Euangeliſtis. Amplius Scaliger habet Chriſtum paſſum in anno Embolimæo, ſumens anni initium à Tiſri,qui eſt ſeptimus: ac propterea, qui dicunt paſſum, vel 26. Martij, vel quarta Aprilis ſumpſerunt Neomeniam, vel Addar,vel alterius Addar.Vnde,etſi annus paſſionis Chriſti iuxta eundem ſit communis æquabilis, reſpectu tamen anni præcedẽtis Embolimæi,factum eſt, vt lunatio paſchalis decurreretur vſq; ad 23.Aprilis. Verum, ſalua huius viri illuſtris auctoritate, cum annus Hebræorum iuxta Dei præceptum à Moſis tempore initium ſumat à Martio; hic erit primus menſium in menſibus anni, ergo præcedens fuit (ſi modo fuerit) Embolimæus: ſequens verò communis mediocris. Nam annus Domini 1673.correſpondet anno paſſionis Chriſti in Tabula magni Cycli Hebræorum; iuxta computum annorum mundi ſecundum Hebræos ibi præfixorum. Quamobrem Calendarium Hebræum diebus 354. cõſtare fecimus, quia annus cõmunis ordinatus erat. Quòd ſi iuxta aliam Hebræorum ſupputationem,quam ſequitur Scaliger,ab huiuſmodi cõputatione duos ſubtraxerimus annos: adhuc in anno cõmuni; quamuis abundante paſſus eſſet. Sed abundantia vnius diei extat ſupra dies 354. Rurſus nunquàm concordabit Chriſtum paſſum eſſe 23. Aprilis, & eo tempore eſſe brumam. Nam nocte frigus erat (inquit Ioannes Euangeliſta cap.18.) quam ob cauſam Petrus calefaciebat ſe ad ignem cum miniſtris, qui ſtabant ad prunas: quia frigus erat. Qui enim fieri poterit, vt eo tempore 23. Aprilis frigus eſſet; cũ & regiones ſegetum eo tempore Hieroſolymis albeſcerent ob calorẽ? Temperatiſſima quidem regiò fuit Hieroſolymitana tamquàm orienti,& Auſtro proxima: ideò plus calida,quàm frigida. Qua de re à Deo Optimo Maximo dono data eſt filijs Iſrael, tamquàm populo inter cæteros magis dilecto. Igitur difficile eſt credere 23. Aprilis paſſum Chriſtum: & tunc temporis eſſe brumam. Itaq; autumantes viginti dierum minus 23. Aprilis paſſum Chriſtum: melius ſentiunt; nam eo tempore frigeſcit magis aer, quàm 23. Aprilis. Subinde multum innititur Scaliger ſententiæ Flauij Ioſephi ad fundandam ſuam opinionem de die paſſionis Chriſti. Quæ, etſi ad ea, quæ ad Iudaiſmum pertinent; & ad alia multa quoq; non ſit minimi ponderis: nihilominus tamen ad ea, quæ fidei non congruunt, minimè eſt amplectenda. Exemplis res illuſtrior fiat. Auctor eſt Ioſephus, Ioannem Baptiſtam in carcerem coniectum ab Herode ob diſcipulorum turbam,quotidie ei affluẽtem: quæ ſuſpecta erat Herodi; Euangeliſtæ verò dicunt in carcerem coniectum ob Herodiadẽ, ac propterea decollatum:& hæc eſt veritas,quam neq; Scaliger negat.

Hirenæus. Paul' Regius. Alia Scaligeri ratio. Reſponſio ad rationem Scaligeri. Annus paſſionis chriſti fuit cõmunis ordinatus. Nocte paſſionis chri frugus erat. Veris tempore Hieroſolymis albeſcebant ſegetes. Alia ratio cõtra Scaligerũ Flauius Ioſephus Hebræ' Io. Baptiſta carceri mancipatus propter Herodiadem, non ob turbã ei dies affluentem.

Vide igitur diſparem rationem. Cur igitur in ſtabiliendo die paſſionis Chriſti, tantum Ioſepho tribuit Scaliger; vt nihil horum roboret abſq; eius auctoritate? Illuſtris quidẽ auctor eſt Ioſephus Hebræus, verumtamen quò ad fidem ſpectantia: non multum fidendũ eſt illi, tanquàm Hebraicis traditionibus imbuto. Credendum namq; eſt magis Euangelio: quàm Ioſepho Hebræo.

Alia ratio cõtra Scaligerũ

Accedit deinde ratio ſuperiori capite tacta: computum ſcilicet Hebraicum poſt Chriſtum editum; quo inueſtigant (vt volunt) Hebræi feſta ſua: ac propterea Scaliger diẽ paſſionis Chriſti. Verum enimuerò Scaliger inquit computum Iudaicum omnium, qui hodie extant antiquiſſimum, artificioſiſſimum, & elegantiſſimum eſſe. At non negamus artificioſiſſimè, elegantiſſimæq; compoſitum: antiquiſſimum verò nõ credimus ob canones *66.67.68.* modo de hoc non de alio loquatur Scaliger, vti arbitramur verè loqui. Initium quippe computi ſic Hebraicè habetur. לקט קציר לסיד הצבק hoc eſt lechet chazir leſod azibud: quod Latinè redditur, ſpicilegiũ computi.

Ratio potiſſima cõtra Scaligerum.

Vt aũt extremã huic exiguo capiti imponamus, manũ ratio (inter alias, quæ me conuincit Chriſtum Dominum non eſſe die 23. Aprilis paſſum, eſt: paſcha Hebræorum ex inſtituto diuino ſemper celebrandum poſt Æquinoctium vernum in luminarium oppoſitione: Sole Arietem permeante, Luna verò libram; Neomenia completa, vel proximè ante æquinoctium vernũ, vel poſt: ita vt oppoſitio in Libræ ſigno fiat.

Paſcha Hebræorum ex inſtituto diuino, quãdo celebrandum.

Sol 23. Aprilis tẽpore paſſionis chriſti, in quo ſigni parte erat.

At qui fieri poteſt, vt 23. Aprilis Sol fuerit in Ariete, Luna verò in Libra; cum Sol in initio tertiæ partis Tauri tunc foret? Cui Scorpius cum opponatur, in eo oppoſitio facta fuiſſet, ac propterea in lunatione impura, ergo cõtra ſacrã videtur militare ſcripturã. Quod Deus præceperit 14. Luna primi menſis, ac propterea 14. die à Neomenia in æquinoctio verno facta, vel propè æquinoctium vernum ante, vel poſt, paſcha Hebræorum celebrandum: vetus ſcriptura multis in locis teſtatur; quæ à me adducerentur; ſi in tractatione de die paſſionis Chriſti fuſius haud tractanda eſſent. Quòd autem Sol paſſionis Chriſti tempore 23. Aprilis, in initio tertiæ partis Tauri fuerit, ſic oſtenditur. Ingreſſus Solis in primum Æquinoctij verni punctum iuxta vnam ſupputationem in anno paſſionis Chriſti, fuit 21. menſis Martij more Romano (quemadmodum poſt anni quoque recognitionẽ, ibidem euenire conſpicitur) hora pomeridiana vndecima: minutis 28. ad poli Hieroſolymitani altitudinem; quæ eſt grad. 31. minut. 40.

Solis ingreſſ⁹ in primum Arietis punctum tempore paſſionis Chriſti.

Igitur ex motu Solis diario, in ſigno Arietis, quem menſis ſpatio perluſtrat die 23. Aprilis initium tertiæ partis, & amplius Tauri ipſum progredi conſpicuum eſt omnibus. Quare ſi 23. Aprilis (vt vult Scaliger) crucifixus fuiſſet Ieſus Chriſtus filius Dei: in lunatione impura, Sole ſcilicet in Tauro exiſtente; Luna verò in Scorpio mortuus eſſet: ac propterea contra id, quod præceperat Moyſi ante incarnationem

de

de celebrando paſchatæ; ſi in Paſcha Iudæorum (vt par eſt) mortuus eſſet. Quòd ſi dixeris, iuxta Ptolæmaicas obſeruationes, aliter ſe habere ingreſſum illum in primo æquinoctij vernalis puncto: nos dicimus, in opere, quod de die paſſionis Christi molimur: cuncta exactè tractaturos eſſe; nec quid relinquẽdum erit, quod ad huiuſce rei tractationem neceſſarium iudicabimus; ibiq; etiam opinionem noſtram adducemus. Quam, cum Theologicæ, ac Mathematicæ, tum quoque ex Chronologijs confirmatam perſpicies. Itaq; in præſenti manifeſtare, non opus eſt: quandoquidem rationes afferre omnes neceſſum eſſet; ac propterea ab inſtituto deflecti, maximè eſt conſentaneum. Reliquum eſt tabulam magni Cycli Hebræorum afferre, vt prærecitata maiorem vita habeant. Dubium. Dubii ſolutio.

TABVLA MAGNI CYCLI HEBRÆORVM PERPETVA

ANNOS CREATIONIS MVNDI, ANNOS DOMINI, Cyclum Lunarem, Feriam Neomenia Menſis Tiſri, qualitatem Anni, & Feriam Paſcha Hebræorum.

CONTINENS.

ANNI CREATIONIS MVNDI IVXTA HEBR.	ANNI CREATIONIS IVXTA LVCIDVM.	ANNI DOMINI.	CYCLVS LVNARIS.	FERIA NEOMENIÆ.	QVALITAS ANNI.	FERIA PASCHÆ.
5346	5546	1586	7	3	*Communis mediocris*	5
5347	5547	1587	8	7	*Embolismus Abundans*	5
5348	5548	1588	9	7	*Commun. Abund.*	3
5349	5549	1589	10	5	*Commun. medio.*	7
5350	5550	1590	11	2	*Embolis. Deficiens.*	5
5351	5551	1591	12	7	*Commun. Abund.*	3
5352	5552	1592	13	5	*Commun. medio.*	7
5353	5553	1593	14	2	*Embolis. Abun.*	7
5354	5554	1594	15	2	*Commu. Defici.*	3
5355	5555	1595	16	5	*Commu. medio.*	7
5356	5556	1596	17	2	*Embolis. Abun.*	7
5357	5557	1597	18	2	*Commun. Abun.*	5
5358	5558	1598	19	7	*Embolis. Defici.*	3
5359	5559	1599	1	5	*Commun. medioc.*	7
5360	5560	1600	2	2	*Commun. Abun.*	5
5361	5561	1601	3	7	*Embolis. Defic.*	3
5362	5562	1602	4	5	*Commun. medio.*	7
5363	5563	1603	5	2	*Commun. Abund.*	5
5364	5564	1604	6	7	*Embolis. Abund.*	5
5365	5565	1605	7	7	*Commun. Defic.*	1
5366	5566	1606	8	3	*Embolis. ordinatus*	7
5367	5567	1607	9	2	*Commmn. Abund.*	5
5368	5568	1608	10	7	*Commun. Abund.*	3
5369	5569	1609	11	5	*Embolis. Defici.*	1
5370	5570	1610	12	3	*Commun. Ordin.*	5
5371	5571	1611	13	7	*Commun. Abund.*	3
5372	5572	1612	14	5	*Embolis. Abund.*	3
5373	5573	1613	15	5	*Commun. Ordin.*	7
5374	5574	1614	16	2	*Commun. Defici.*	3
5375	5575	1615	17	5	*Embolis. Abun.*	3

ANNI CREATIONIS MVNDI IVXTA HEBR.	ANNI CREATIONIS IVXTA LVCIDVM.	ANNI DOMINI.	CYCLVS LVNARIS.	FERIA NEOMENIÆ.	QVALITAS ANNI.	FERIA PASCHÆ.
5376	5576	1616	18	5	*Commun. Ordin.*	7
5377	5577	1617	19	2	*Embolis. Defici.*	5
5378	5578	1618	1	7	*Commun. Abund.*	3
5379	5579	1619	2	5	*Commun.Ordin.*	7
5380	5580	1620	3	2	*Embolis. Abun.*	7
5381	5581	1621	4	2	*Commun. Defici.*	3
5382	5582	1622	5	5	*Commun. Abund.*	1
5383	5583	1623	6	3	*Embolis. Ordin.*	7
5384	5584	1624	7	2	*Commun. Abund.*	5
5385	5585	1625	8	7	*Embolis. Defici.*	3
5386	5586	1626	9	5	*Commun. Ordin.*	7
5387	5587	1627	10	2	*Commun. Abund.*	5
5388	5588	1628	11	7	*Embolis. Defici.*	3
5389	5589	1629	12	5	*Commun. Abund.*	1
5390	5590	1630	13	3	*Commun. Ordin.*	5
5391	5591	1631	14	7	*Embolis. Abund.*	5
5392	5592	1632	15	7	*Commun. Abund.*	3
5393	5593	1633	16	5	*Commun. Ordin.*	7
5394	5594	1634	17	2	*Embolis. Defici.*	5
5395	5595	1635	18	7	*Commun. Abund.*	3
5396	5596	1636	19	5	*Embolis. Defici.*	1
5397	5597	1637	1	3	*Commun. Ordin.*	5
5398	5598	1638	2	7	*Commun. Abund.*	3
5399	5599	1639	3	5	*Embolis. Abund.*	3
5400	5600	1640	4	5	*Commun. Ordin.*	7
5401	5601	1641	5	2	*Commun. Defici.*	3
5402	5602	1642	6	5	*Embolis. Abund.*	3
5403	5603	1643	7	5	*Commun. medio.*	7
5404	5604	1644	8	2	*Embolis. Defici.*	5
5405	5605	1645	9	7	*Commun. Abund.*	3

ANNI CREATIONIS MVNDI IVXTA HEBR.	ANNI CREATIONIS IVXTA LVCIDVM.	ANNI DOMINI.	CYCLVS LVNARIS.	FERIA NEOMENIÆ.	QVALITAS ANNI.	FERIA PASCHÆ.
5406	5606	1646	10	5	*Commun. Medioc.*	7
5407	5607	1647	11	2	*Embolis. Abund.*	7
5408	5608	1648	12	2	*Commun. Defic.*	3
5409	5609	1649	13	5	*Commun. Abund.*	1
5410	5610	1650	14	3	*Embolis. medioc.*	7
5411	5611	1651	15	2	*Commun. Abund.*	5
5412	5612	1652	16	7	*Commun. Defic.*	1
5413	5613	1653	17	3	*Embolis. Medioc.*	7
5414	5614	1654	18	2	*Commun. Abund.*	5
5415	5615	1655	19	7	*Embolis. Abund.*	5
5416	5616	1656	1	7	*Commun. Defic.*	1
5417	5617	1657	2	3	*Commun. Medioc.*	5
5418	5618	1658	3	7	*Embolis. Abund.*	5
5419	5619	1659	4	7	*Commun. Abund.*	3
5420	5620	1660	5	5	*Commun. medioc.*	7
5421	5621	1661	6	2	*Embolis. Defic.*	5
5422	5622	1662	7	7	*Commun. Abund.*	3
5423	5623	1663	8	5	*Embolis. Defic.*	1
5424	5624	1664	9	3	*Commun. Medioc.*	5
5425	5625	1665	10	7	*Commun. Abund.*	3
5426	5626	1666	11	5	*Embolis. Abund.*	3
5427	5627	1667	12	5	*Commun. Medioc.*	7
5428	5628	1668	13	2	*Commun. Defic.*	3
5429	5629	1669	14	5	*Embolis. Abund.*	3
5430	5630	1670	15	5	*Commun. Medio.*	7
5431	5631	1671	16	2	*Commun. Abund.*	5
5432	5632	1672	17	7	*Embolis. Defic.*	3
5433	5633	1673	18	5	*Commun. Medioc.*	7
5434	5634	1674	19	2	*Embolis. Abund.*	7
5435	5635	1675	1	2	*Commun. Abund.*	5

ANNI CREATIONIS MVNDI IVXTA HEBR.	ANNI CREATIONIS IVXTA LVCIDVM.	ANNI DOMINI.	CYCLVS LVNARIS.	FERIA NEOMENIÆ.	QVALITAS ANNI.	FERIA PASCHÆ.
5436	5636	1676	2	7	*Commun. Defic.*	1
5437	5637	1677	3	3	*Embolis. medioc.*	7
5438	5638	1678	4	2	*Commun. Abund.*	5
5439	5639	1679	5	7	*Commun. Abund.*	3
5440	5640	1680	6	5	*Embolis. Defic.*	1
5441	5641	1681	7	3	*Commun. Medioc.*	5
5442	5642	1682	8	7	*Embolis. Abund.*	5
5443	5643	1683	9	7	*Commun. Defic.*	1
5444	5644	1684	10	3	*Commun. Medioc.*	5
5445	5645	1685	11	7	*Embolis. Abund.*	5
5446	5646	1686	12	7	*Commun. Abund.*	3
5447	5647	1687	13	5	*Commun. medioc.*	7
5448	5648	1688	14	2	*Embolis. Defic.*	5
5449	5649	1689	15	7	*Commun. Abund.*	3
5450	5650	1690	16	5	*Commun. Medioc.*	7
5451	5651	1691	17	2	*Embolis. Abund.*	7
5452	5652	1692	18	2	*Commun. Defic.*	3
5453	5653	1693	19	5	*Embolis. Abund.*	3
5454	5654	1694	1	5	*Commun. Medio.*	7
5455	5655	1695	2	2	*Commun. Abund.*	5
5456	5656	1696	3	7	*Embolis. Abund.*	3
5457	5657	1697	4	5	*Commun. Medioc.*	7
5458	5658	1698	5	2	*Commun. Abund.*	5
5459	5659	1699	6	7	*Embolis. Defic.*	3
5460	5660	1700	7	5	*Commun. Abund.*	1
5461	5661	1701	8	3	*Embol. Medioc.*	7
5462	5662	1702	9	2	*Commun. Abund.*	5
5463	5663	1703	10	7	*Commun. Defic.*	1
5464	5664	1704	11	3	*Embolis. Medioc.*	7
5465	5665	1705	12	2	*Commun. Abund.*	5

ANNI CREATIONIS MVNDI IVXTA HEBR.	ANNI CREATIONIS IVXTA LVCIDVM.	ANNI DOMINI.	CYCLVS LVNARIS.	FERIA NEOMENIÆ.	QVALITAS ANNI.	FERIA PASCHÆ.
5466	5666	1706	13	7	*Commun. Abund.*	3
5467	5667	1707	14	5	*Embolis. Deficiens.*	1
5468	5668	1708	15	3	*Commun. medio.*	5
5469	5669	1709	16	7	*Commu. Plen.*	3
5470	5670	1710	17	5	*Embolismus Plen.*	3
5471	5671	1711	18	5	*Commun. medio.*	7
5472	5672	1712	19	2	*Embolis. Defici.*	5
5473	5673	1713	1	7	*Commun. Plen.*	7
5474	5674	1714	2	5	*Commun. medio.*	7
5475	5675	1715	3	2	*Embolis. Defici.*	5
5476	5676	1716	4	7	*Commun. Plen.*	3
5477	5677	1717	5	5	*Commun. medio.*	7
5478	5678	1718	6	2	*Embolis. Plen.*	7
5479	5679	1719	7	2	*Commun. Defici.*	3
5480	5680	1720	8	5	*Embolis. Plen.*	3
5481	5681	1721	9	5	*Commun. medioc.*	7
5482	5682	1722	10	2	*Commun. Plen.*	5
5483	5683	1723	11	7	*Embolis. Defic.*	3
5484	5684	1724	12	5	*Communis mediocris*	7
5485	5685	1725	13	2	*Commun. Plen.*	5
5486	5686	1726	14	7	*Embolis. Defic.*	3
5487	5687	1727	15	5	*Commun. Abund.*	1
5488	5688	1728	16	3	*Commu. medioc.*	5
5489	5689	1729	17	7	*Embolis. Abund.*	5
5490	5690	1730	18	7	*Commun. Defic.*	1
5491	5691	1731	19	3	*Embolis. medioc.*	7
5492	5692	1732	1	2	*Commun. Abun.*	5
5493	5693	1733	2	7	*Commun. Abun.*	3
5494	5694	1734	3	5	*Embolis. Defici.*	1
5495	5695	1735	4	3	*Commun. mdioc.*	5

ANNI CREATIONIS MVNDI IVXTA HEBR.	ANNI CREATIONIS IVXTA LVCIDVM.	ANNI DOMINI.	CYCLVS LVNARIS.	FERIA NEOMENIÆ.	QVALITAS ANNI.	FERIA PASCHÆ.
5496	5696	1736	5	7	*Commun. Abund.*	3
5497	5697	1737	6	5	*Embolis. Abun.*	3
5498	5698	1738	7	5	*Commun. medio.*	7
5499	5699	1739	8	2	*Embolis. Defici.*	5
5500	5700	1740	9	7	*Commun. Abund.*	3
5501	5701	1741	10	5	*Commun. medioc.*	7
5502	5702	1742	11	2	*Embolis. Defici.*	5
5503	5703	1743	12	7	*Commun. Abund.*	3
5504	5704	1744	13	5	*Commun. medioc.*	7
5505	5705	1745	14	2	*Embolis. Abund.*	7
5506	5706	1746	15	2	*Commun. Defici.*	3
5507	5707	1747	16	5	*Commun. Abund.*	1
5508	5708	1748	17	3	*Embolis. Ordin.*	7
5509	5709	1749	18	2	*Commun. Abund.*	5
5510	5710	1750	19	7	*Embolis. Defici.*	3
5511	5711	1751	1	5	*Commun. Ordin.*	7
5512	5712	1752	2	2	*Commun. Abund.*	5
5513	5713	1753	3	7	*Embolis. Abund.*	5
5514	5714	1754	4	7	*Commun. Defic.*	1
5515	5715	1755	5	3	*Commun. Ordin.*	5
5516	5716	1756	6	7	*Embolis. Abund.*	5
5517	5717	1757	7	7	*Commun. Abund.*	3
5518	5718	1758	8	5	*Embolis. Defici.*	1
5519	5719	1759	9	3	*Commun. Ordin.*	5
5520	5720	1760	10	7	*Commun. Abund.*	3
5521	5721	1761	11	5	*Embolis. Abun.*	3
5522	5722	1762	12	5	*Commun. Ordin.*	7
5523	5723	1763	13	2	*Commun. Defici.*	3
5524	5724	1764	14	5	*Embolis. Abun.*	3
5525	5725	1765	15	5	*Commun. Ordin.*	7

ANNI CREATIONIS MVNDI IVXTA HEBR.	ANNI CREATIONIS IVXTA LVCIDVM.	ANNI DOMINI.	CYCLVS LVNARIS.	FERIA NEOMENIÆ.	QVALITAS ANNI.	FERIA PASCHÆ.
5556	5756	1796	8	2	*Embolis. Abund.*	7
5557	5757	1797	9	2	*Commun. Defic.*	3
5558	5758	1798	10	5	*Commun. Abund.*	1
5559	5759	1799	11	5	*Commun. medio.*	7
5560	5760	1800	12	2	*Commun. Abund.*	5
5561	5761	1801	13	7	*Commun. Defici.*	1
5562	5762	1802	14	3	*Embolis. medioc.*	7
5563	5763	1803	15	2	*Commun. Abun.*	5
5564	5764	1804	16	7	*Commun. Abun.*	3
5565	5765	1805	17	5	*Embolis. Defici.*	1
5566	5766	1806	18	3	*Commun. medioc.*	5
5567	5767	1807	19	7	*Embolis. Abund.*	5
5568	5768	1808	1	7	*Commu. Abund.*	3
5569	5769	1809	2	5	*Commun. medioc.*	7
5570	5770	1810	3	2	*Embolis. Defic.*	5
Neapolis orientalior eſt Venetiis.

Altitudo polaris Neapolis iuxta diuerſos auctores.

& inæqualem inuenies: tum ob poli diuerſitatem quoq; ob fractiones, iniuſtiasq; in Solis loco exuperantes. Illud quoque hoc in loco annotandum cenſemus: quòd etſi Solis locus ſit pro anno 1585. pro futuris tamen annis etiam deſeruiet. Solus enim gradus Solis obſeruandus eſt minuta verò minime: ſic etenim & arcus ſemidiurni tabulæ ſupputatæ ſunt. In anno autem intercalari locum Solis in calendis Martij poſitum ita habeto, ac ſi in die 29. Februarij collocatus eſſet. Circa tabulam verò altitudinum, ſi aliqua ciuitas, ſeu locus ibi deſcriptus minimè fuerit: accipe viciniorem: ac eleuationem eius conſidera; illaq; vtaris pro non poſita, quod obſeruandum quoq; eſt circa longitudines in eadem met tabula poſitas. Vt, ſi Vico Æquenſi (vbi plenus meritis præſidet Paulus Regius) aliqua Neomeniarum reperienda eſſet: cum in tabula haud inſcribatur, (licet ex Mappis elici poſſet) ad Neapolitanam confugi debet; illiusq; differentiam addendam maxime eſt cōſentaneum. Quæ, etſi non ſit præciſa Vico: in pauculis tamen minutis differre maximè eſt conſentaneum; diſtantia namq; inter vtraſque ciuitates milliariorum 18, & paulo amplius aſſignatur; quamuis non deſint, qui ad 20. extendant. In tabulis verò ortus Solis, & meridiei, partes eleuationis ſub poli nomine conſtitutas, abſq; minutis tantum inſcripſimus, hac quidem lege, quòd cum tui altitudinem poli inueneris, prætermitte minuta, ſi triginta nō exceſſerint, ſi verò maiora fuerint, ſume pro vno gradu: ſi autem triginta tantum, pro vno etiā gradu habenda ſunt. Ita vt ſi ad eleuationem poli Antuerpiæ Neomeniam ſupputaturus ſis, cum talis eleuatio ſit gr.51. min.28. fac ita, ac ſi eſſent.51. ſed ſi ad eleuationem vrbis Romæ id volueris: cum illa ſit partium 41.min.40. ſume pro par.42. Verum relata ad Cypri Inſulam qualibet Neomenia: cum illius eleuatio poli ſit partium 35.minut.30. putato eſſe 36.

Duratio tabulæ loci Solis.

Loci Solis cōſideratio in anno intercalari.

Circa ciuitatum latitudines, & longitudines obſeruatio.

Paul⁹ Regi⁹.

Exemplum.

De quadraturis, & luminarium ſeſſimibus. Cap. XXXIII.

Reliqvvm eſt, vt ſi quis poſt Neomeniam repertam, lunares etiam aſpectus cum Sole voluerit: iam modum explicabimus. Verum enimuero, cum & motus Solis diarius, & Lunæ peragrationes per ſingula cæli dodecatemoria requirerentur; id vero ad ephemerides attinere perſpicitur: tetragonos tantum, & ſemiſſes tanquam potiſſimas mutationum temporum cauſas poſt nouilunia, indagabimus. Si quis igitur tetragonum aſpectum ſcire deſiderat, Neomeniæ inuentæ addat dies ſeptem, & eliciet primum tetragonum, Lunamq; à Sole nonaginta partibus abeſſe comperiet. Sed cum huiuſmodi additio non ſit præciſa; eſt Reinholdi præceptum 37. id demonſtrans. Scilicet quòd cum

Quomodo inuenitur tetragon⁹ aſpectus.

qua-

quadrans ſit dierum 7. Horar. 9. ſcrup. prim. 11. ſec. 0. tert. 48. Hæc addat diebus, horis, & ſcrupulis Neomeniæ, & habebit primum tetragonum: hiſce additis rurſus ſeptem diebus & ſemiſſe, ſemiſſis diem habebit, Lunamq́; à Sole centum octuaginta partibus diſtantem inſpiciet: vel ſi expeditius ſemiſſem venari cupierit, Neomeniæ diei, addat dies quindecim. Sed ſi præcisè id expedire volueris ò lector; ſcito à luminarium coniunctione vſq; ad oppoſitionem ſecundum medium motũ ſemper eſſe dies integri 14. H. 18. min. 22. teſtibus viris illuſtribus: Ioanne ſcilicet Stoflerino propoſitione 35. litera E. Paulo Foroſemproniensi Epiſcopo lib. 14. ſecun. partis c. 3. Et Ioanne Lucido de vero die paſſionis Christi cap. 5. ſed Eraſmus Reinholdus illis horis addit ſcrup. 2. Vel (vt ex eius 37. præcepto excerpitur) ſemiſſis quantitas eſt dierum 14. H. 18. ſcr. pri. 22. ſec. 1. tert. 36. His igitur Neomeniæ additis, habebitur ſemiſſe, quibus denuo ſi addideris quadrantis dies, & horas cum ſcrupulis, iuxta Reinholdi præceptum: habebis vltimum tetragonum. Sed vnico tantum Exemplo, res illuſtrior fiat. Anno Domini 1590. in quo curret litera G. futura eſt Neomenia iuxta medium motum Venetiis menſe Auguſti D. 29. ſecundum calendarij Gregoriani reformationem H. 6. ſcrup. pri. 21. ſec. 41. poſt meridiem, idq́; conſiderata ſupputatione tertiæ tabulæ. Vt eliciatur primum tetragonum, addendus eſt quadrãs, dierum ſcilicet 7. H. 9. ſcr. pr. 11. & ſumptis illis 48. tertiis pro vno ſecundo ſcrupulo, reſultabit primum quadrans, qui erit die 5. mẽſis Septembris H. 15. ſcr. pri. 32. ſec. 42. Vt autem habeatur ſemiſſe: eodem vtamur exemplo. Addamus ſemiſſem diebus Neomeniæ; ſemiſſis (vt dictum eſt) diebus 14. H. 18. ſcrup. pr. 22. ſec. 1. tert. 36. conſtat: verũ his tertiis ſumptis pro vno ſcrup. erunt dies 14. H. 18. ſcrup. pr. 22. ſec. 42. his additis priori Neomeniæ ſtatim reſultabit ſemiſſe, qui erit die 13. Septembris Ho. 0. ſcr. pr. 43. ſec. 43. poſt meridiem. Et hæc ſecundũ medios & æquales motus. Cui ſemiſſi, ſi rurſus addideris totum quadrantem, nẽpe dierum 7. H. 9. ſcr. pr. 11. & ſec. 1. emerget ſecundus tetragonus; qui accidet die 20. Septẽb. H. 9. ſcr. pr. 54. ſec. 44. Quare ſi quibus diebus mẽſis iuxta annum antiquũ hos aſpectus euenturos noſſe volueris, ſcies Neomeniã fore D, 19. Auguſti, Horis verò, vt ſupra; primus tetragonus die 27. eiuſdem menſis. Semiſſem die tertia Septembris, vltimus vero tetragonus die decima eiuſdem menſis. Itaq; ex Neomeniis, tetragonis, & ſemiſſibus, ſi temporum mutationes portẽdere voluerit quiſpiam: Lunæ qualitates ibidem conſiderare neceſſum erit: quæ ſic habebuntur. Luna à Neomenia vſque ad primum tetragonum ardet, ſed humectat magis, ab hoc vſque ad ſemiſſem ſicca eſt, ſed magis eſt calida: à ſemiſſe vſque ad alterum tetragonum frigeſcit, potius tamen ſiccitatem influit: à ſecundo tetragono vſque ad futuram Neomeniam humectat, ſed habetur frigida magis. His habitis, iuxta Lunæ qualitates in quo

Quadrantis quãtitas quæ iuxta Reinholdum.

Semiſſis dies quænam ratione indagatur.

Semiſſis quãtitas quæ?

Io. Stoflerinus.

Paulus Foroſemproniẽſis Epiſcopus.

Io. Lucidus.

Semiſſis quãtitas iuxta Reinholdũ.

Exemplum.

Quid requiritur ad cognoſcendum temporum mutationes.

Lunæ qualitates in menſe.

uis aſpectu vaticinare mutationes temporum: Regionum inſuper ſtatus conſiderando, ac quatuor anni tempora adiungendo. Cæterũ quum multæ ad dignoſcendum temporum varietates requirantur conditiones, pro nunc ſat erit, ita pingui Minerua ex Neomeniis, Tetragonis ſemiſſibusq; aeris diſpoſitiones innuiſſe; alibi enim tradidimus, & Deo adiutore: promulgabimus. Habebis quidem in opere, quod de temporum mutatione inſcribere placuit. Vbi iuxta cælorum omnium conuerſionem, inerrantium ſyderum naturas, & qualitates, planetarũ configurationes, motus, accidentiaq́, omnia: iuxta quoq; elementorum habitudines, mixtorumq́; multorum diſpoſitiones; temporum mutationes, quæ, vt plurimum (tamquam à naturalibus cauſis procedentes) eueniunt, inſpicies.

Animaduerſio circa omnes Neomeniarum tabulas. Cap. XXXIV.

Suppuratio-num tabula-rum Neome-niarum quæ exactio.

Feſta mobi-lia non am-plius indagã-tur aureo nu-mero ſicuti o-lim & cur?

TRIBVS iam Neomeniarum tabulis ſuperius conſtitutis, prima quidem Salomonis, ſecunda iuxta aliquorum Aſtrologorum doctrinam: poſtrema aſtronomica: ſecundum Rehinoldi canones: Eſt hic animaduertendum, iſtarum tabularum conſtructionum recta ſit: & illarum quæ exactior depræhendatur; num altera alteram excedat, an omnes æquè perpendantur, vel vniuerſaliter Neomeniarum fundamentum verum ſit? Accidit hic huiuſmodi conſideratio ob nouam pręcipuè calendarij reformationem, cum modus quo nouilunia omnia à Romana Eccleſia ſuperioribus annis per aureum numerum indagabãtur: potiſſimum feſta mobilia, penitus euerſus ſit. Idq́; conſultò, cum ſacroſancta Paſchatis feſtum, ſæpiſſimè in vigeſima tertia, in vigeſima quarta, quinta, ſextaq́; Luna &c. contra Patrum decreta Sacri Concilij Nicæni celebratum fuerit: Hocq́; vnde principaliter originẽ ſumpſerit, inferius cum de anni ratione agetur, demonſtrabitur. Accidit ſecundo, quod verò Lunæ motui minimè correſpondent. Accidit tertiò ex varia horarum poſitione cum ſcrupulis in vtriſque tabulis: cum prima horas ab ortu conſideret, ſeu ab occaſu, reliquæ à meridie. Vnde cum dirutus iam ſit aureus numerus, huic olim deſeruiens negotio: hanc ob rem meritò quæritur, num huiuſcemodi modus inueniendi Neomenias per Salomonis regulam rectus ſit? cui difficultati reſpondendum arbitramur: Salomonis regulam ad Neomenias inueſtigandas decem, & nouem literarum elementis, rectam quidem, ac canonicam eſſe. Quamuis enim aureus euerſus ſit numerus, non tamen hoc mediante Salomonis Neomeniæ inueſtigabantur; licet decem, & nouem alphabeticis hieris, inſtar aurei numeri, ſeu cycli decemnouennalis: nõ tamen cyclo mediante; id eſt numerorum ordine ac vſu, ab vno vſque ad decem, & nouem,

quem-

quemadmodum ab Eccleſia Romana priſcis temporibus obſeruatum eſt: penitus his temporibus à S.D.N.Gregorio XIII. abolitum: ſed hoc numero decenouennali Neomenias futuras poſuimus: cum annis totidem peractis, literæ omnes ad eandem redeant ſedē: ſicq; ad eundem, à quo diſceſſerunt Neomeniæ redeunt diem. Sed vt id eluceſcat; aliquem accipiamus aureum numerum, nempe 1586. qui in ordine eſt decimus: eodem anno ad Neomenias inquirendas iuxta Salomonis traditionem currit litera C. quæ non eſt in numero Alphabeti decima, ſeu in conſtitutione tabulę literarum: in alphabeto enim eſt tertia; in conſtitutione tabulæ eſt ſecunda. Similiter aureus numerus anni 1587. eſt vndecimus, litera eſt D. quæ in ordine Alphabeti eſt quarta: in tabula literarum tertia. Item aureus numerus 1588. eſt duodecimus: litera Neomeniarum E. Hæc in Alphabeti ſerie eſt quinta, in literarum tabula eſt quarta, ſimili etiam modo de reliquis dici poſſet. Sed dices literæ commutari poſſunt, ita vt omnes aureo congruerent numero: Nempe A. primo, B. ſecundo, C. tertio &c. Sed quicquid eſſet de hoc, nec ſic Salomonis Neomeniæ adinuenirentur, ſicuti ab Eccleſia olim nouilunia; (vt in veteri calendario videri poteſt). Sed ſi decem & nouem literis inquiruntur, prouenit: quia tantundem Lunæ circulus expletur; & idem zodiaci ſignum ipſa permeare viſa eſt, ac obtinere, licet non eaſdē præcisè partes & minuta. Vnde cyclus lunaris Hebræorum eſt, quo Neomeniæ reperiuntur non decenouennalis. Quod autem verum non aſſequantur motum, ita vt vel Alphonſino calculo, vel prutenico cohærere viderentur: iam verum eſt; eorum tamen ſupputationes omnes iuxta medios, & æquales motus, quibus vtuntur Aſtronomi, vt ad veros reduci poſſint, exiſtunt. Vnde propius ad Aſtronomicam accedunt ſupputationem, quam Epactarum nouilunia à Calendarij correctore ſtatuta. Nec ob id calendarij reſtitutionem nullam eſſe obiicies. Tribus enim modis Neomeniæ nouiluniave ſumi poſſunt, vel pro vero Lunæ coitu cum Sole in eiſdem partibus, & ſcrupulis: vel pro combuſtione: cum ſcilicet ſolaribus radiis obtecta, & viſui non apparet, & vires perdit: vel pro receſſu, cum à combuſtione paulatim Luna recedit. Equidem his modis Neomeniæ, & nouilunia dici poſſunt: differēter tamen. Nam primus veriſſimus eſt; ſecundus imitatur primum: tertius large Neomeniæ appellatione dignus eſt. Primum ſupputatio Aſtronomica ad vnguem obſeruat: ſecundum Salomon: tertium calendarium Gregorianum. Secundus modus ſæpenumero primum ſequitur: poſtremus aliquando: Hic autem vt in pluribus imitatur ſecundum. Itaq; & ſi nouilunia per Epactarum cyclum inuenienda, iuxta calendarij Gregoriani correctionem; non ſic Lunæ motui ſemper æquantur, quo vera inde elicienda ſit Neomenia (ſæpè enim poſt veram luminarium cōiunctionem primo, ſecundo, & tertio die ab Eccleſia animaduertuntur) nihiloſecius

Greg. XIII.

Exemplum.

Quæſitum.

Dilucidatio.

Neomeniæ cur decem, & nouem literis inquiruntur?

Tripliciter ſumi poſſunt Neomeniæ.

loſecius canonicè feſtorum mobilium inuentioni (quod ſuperioribus temporibus neutiquã actum eſt) ſufficient; vnde & ipſæ mediæ coniunctiones appellari poſſunt. Tabularum vero quæ exactior erit? Iam cum muneris aſtrologorum id videtur eſſe,& illi motus omnes,vel inæquales,ſeu medios,vel veros diſtinguant: manifeſtum erit, poſtremam tabulam cæteris æquiorem; vtpotè ad aſtronomicam accedẽtem ſupputationem: ita vt quartam eiuſdẽ generis non ſit inuenire, niſi verorum motuum: quos in ephemeridibus proſpicies. Prima igitur quæ eſt Salomonis totis amplectimur viribus, vtpotè à Rege excogitatã: quam perpetuò decernit durare, ob perpetuam cycli lunaris reuolutionem. Secundam verò, quæ iuxta aliquorum Aſtrologorum doctrinam ſupputata eſt, cui hærere videtur ferè, Epiſcopus Foróſempronienſis (etſi non eodem modo cęteras reperiat Neomenias) non reiicimus, nã conformis videtur eſſe aſtrologicæ ſupputationi. Hæc vnius cycli lunaris ſpatio, hoc eſt 19. annorum, confecta eſt: quo completo, reuertitur ad primam, ſed ſi ſcrupuloſus es: eſt præceptum eiuſdem Epiſcopi lib. 11. ꝙ cum omnes lunationes iuxta æqualem curſum, quo Eccleſia vtitur poſt 76. annos, ſemper reuertantur ordine, quo prius: ſi tamen dempſeris à qualibet earum Ho.5.mi.52.ſec.13.ſi ſemel has lunationes, annor.76. interuallo, ſupputaueris: per eas, futuras lunationes per ſubtractionẽ; præteritas per additionẽ habebis. Verum quia oportet epactas annorum, menſium,& dierum 76. annorũ adducere, id enim non eſt præſentis negotij: ſi addideris poſt completos annos 19. totũ menſem ſynodicum vltimæ Neomeniæ, habebis ſequentem cũ diebus, horis,& minut. Huic vero Neomeniæ ſi rurſus addideris eundẽ menſem, ſcilicet dierum 29. Ho.12.mi.44. cõſurget altera Neomenia;& ſic perpetuo operando, perpetuam habebis Neomeniarũ tabulam. Exemplum deſideras: exemplũ accipito. Tabula ſecunda finietur 1603. deſideras Neomeniam futuram menſe Ianuarij 1604. vltima Neomenia anni 1603. menſis Decẽbris accidet die 2. Decemb. Ho.19. mi.12. poſt meridiem: his adde totũ menſem ſynodicum, conſurget Neomenia anni 1604. die prima Ianuarij Ho.7. mi.56. quã Neomeniam Ioannes Paduanius Veronenſis in ſua ſecunda editione de temporum cõputatione,& diuiſione in primo die eiuſdem menſis, ſed anni 1585. fixit: cuius opus valde vtile, dum hæc ſcriberemus; nobis oblatum fuit. Qui eundem modum ferè inueniẽdi Neomenias, per epactas ſcilicet annuas,& menſtruas tradit, à ſuper excreſcentia anni ſolaris, ſupra lunarem (ſicuti,& nos fecimus) elicitum. Deinde ſi priori Neomeniæ addideris menſem ſynodicum, denuo conſurget altera Neomenia: & ſic in infinitum. Sed in huiuſmodi ſupputationibus, rationem biſſexti habere memento: ac dierum ſubtractionẽ,& horarũ congeries. Si 24. horas exceſſerit, quæ pro die naturali ſumendæ ſunt: reliquum indicabit tibi dies,& horas cũ minutiis Neomeniæ.

Mot⁹ omnes duplicẽ conſequuntur ordinem.

Epiſcopus Foroſemproniẽſis.

Quomodo omnes lunationes poſt 76. annos reuertantur?

Qua nã ratione perpetua confici poterit Neomeniarum tabulã?

Exemplum.

Ioannes Paduanius.

Verum

Verum ſi præciſè, vel iuxta Gamalielem,vel iuxta æquales, Lunæ motus Neomenias pro reliquis annis cuperes: conſule Epiſcopum Foroſemproniẽſem; qui in prima parte ſuę paulinæ diffuſe hæc edocet.Idem penè modus ſeruandus eſt in tabula Neomeniarum iuxta æqualem, & mediũ motum ſupputata. Adde vltimæ Neomeniæ dies 29.Ho.12.minu.44.habebis ſequentem Neomeniã:huic totidem,habebis ſequentem, ſicq́; ſigillatim, perpetuas habebis Neomenias,& præciſè iuxta æqualem & mediũ motum; non autem verum. Cui autem polari eleuationi tabula Salomonis inſeruiet, in tabula Salomonis ſcriptum nõ offendimus,credimus tamen ad poli eleuationem gr.31.ſcr.40.ſub qua Hieroſolyma ciuitas ſita eſt:& ob id toti Iudeæ. Si tamen ita eſt: indiget aliquali etiam emendatione.Sed in lunationibus credimus Iudæos nõ curare præciſam Neomeniarũ rationem,ſed ſicuti Eccleſia hodie inueſtigat nempè æquales,& medias, non autem veras, & aliquando,nec medias, ſed ſolam cyclorũ rationem; ita credimus eos tunc temporis inueſtigaſſe. Circa tabulas vero ortus Solis, & meridiei,ſi quis interdum ambigeret: cum ex aſſiduo Solis motu, tum meridies, tum ortus Solis eliciatur: nũ ſingulis annis ijſdem diebus,horis,ac ſcrupulis, meridies & ortus Solis euenient; cum ſingulis annis motum variet? hoc eſt dictu: partem ne eandem obtenturus eſt Sol quã alias obtinuit, à qua eadem elici poſſet meridies,& idem ortus; vt rectè Neomenia reperiri poſſit? Reſpondemus quod à cæteris annis minimè diſſentient, niſi pro aliquibus ſcrupulis,& his pauciſſimis: aliquando ſuperſtitibus,quandoq́; deſinentibus; verum longiori temporis tractu: vtræq́ue, emendatione indigebunt.Tandem, vnde proueniant tot varia ſupputationum Neomeniarum genera, dum alij tardius, alij velocius Neomenias accidere ſignant: his paucis abſoluitur verbis; nẽpè ex diuerſis Aſtrologorũ placitis de ſuperexcreſcentia anni ſolaris ſupra lunarem. Aliqui enim minorem(quam decet)ſtatuunt: aliqui maiorem; Aliqui ex cõmuni quantitate anni ſolaris eam eliciunt, aliqui ex biſſextili. Nos tamẽn minorem fecimus differentiã, quam ex anno intercalari ſumere placuit: (cũ omnes etiam Neomeniarũ tabulæ ab anno 1585.initium ſumãt,qui eſt primus ab intercalari: Neglectis tamen horarũ fragmẽtis,& minutijs.

Idem modus qui ſupra obſeruandus eſt vt tabula Neomeniarũ iuxta prutenicas tabulas ſupputata,ſit perpetua.

Cui poli eleuationi cõdita eſt tabula Neomeniarũ Salomonis?

Dubium circa tabulã meridiei.

Reſponſum.

Vnde proueniant tot variæ ſupputationes Neomeniarũ, vt tres tabulæ Neomeniarũ ſint conditæ?

Myſticæ Neomeniarum ſignificationes. *Cap. XXXV.*

QVÆ ab homine in hac fragili, & miſerabili vita aguntur, cum ad gloriam, & Dei honorem effici, vel reduci neceſſum ſit, iuxta illud Apoſtoli primæ ad Corinthios cap.10. ſiue editis, ſiue bibitis, ſiue aliquid aliud facitis, ad Dej gloriam facite: Ideo & Nos operam dabimus, quod ſicuti Neomeniarum theoris naturaliter intellectus paſtus eſt; mens a-

Nemo quicquid facit,ad Dei gloriam facere, vel reducere conue

tiam, & anima myſticis ipſarum ſignificationibus ſpiritualiter reficiatur. Iam dictum fuit, Neomeniam nihil aliud; niſi nouam ſignificare Lunam: quæ tunc noua quidem efficitur, cum Soli copulatur. Per Lunam igitur quid, niſi beata Virgo? Quam admirans Spiritus Sanctus, ait. Quæ eſt iſta, quæ progreditur quaſi aurora conſurgens, pulchra, vt Luna. Et Dauid Pſalmo 88. & ſicut Luna perfecta in æternum.

Quid ſignificatur myſticè per Lunã? Cantic. 6.

Tunc enim Soli coniuncta fuit, cum nube Solem tegere meruit: cum Iuſtitiæ Sol Chriſtus pendens in Cruce, totis animi viſceribus & ipſa hærebat, vt ſimul cum filio penderet. Sicq; cohæruit, quod tota noua fide facta fuit; non quod fidem prius non habuerit, cum illius mater, qui fidei eſt auctor, extiterit: ſed fides illa quæ in diſcipulorum Chriſti pectoribus morabatur, tota in Maria inſpecta eſt; quando ſcilicet percuſſo paſtore, diſperſæ ſunt oues gregis, ac fidem amiſerunt: ſola Maria (iuxta Doctorum omnium ſententiam) fidelis inuenta eſt.

In Chriſti morte ſola Maria fidelis fuit.

Quod & ſancta mater Eccleſia in diuinis officiis ſanctæ Hebdomadæ, cereis illis quindecim accenſis ſignificare videtur, quæ cum omnes ſigillatim extinguãtur, vltimus ſemper accenſus perſeuerat. Nam qui paſſim extinguuntur Apoſtolos denotant, qui accenſus, donec alij extinguuntur, Mariam Virginem. Verum tam præciſa extitit Neomenia hæc, quod obſcuratus eſt Sol. Quandoquidem, (vt ſuperius tetigimus) Sol nunquam, niſi in Neomeniis deficere viſus eſt, capiti, vel caudæ Draconis coniunctus: Lunaq; in ecclíptica exiſtente cum eiſdem pariter conditionibus. Sic etiam Mariæ interuentu, obſcuratus eſt Sol iuſtitiæ Chriſtus Iudæorum ſynagogæ, ab illis fidei lumen, & ſpiritualium chariſmatum dona auferens, fidelibusq; cunctis miſericorditer imparticns.

Quid ſignificant cerei illi, qui accendũtur, & paſſim extinguũtur in Hebdomada ſancta, & q. poſt omnes accenſus remanet? Quando Sol deficit?

Hæc enim mediatrix erat inter Deum & hominem, non obſtinatione, & incredulitate ſuffultum, ſed captiuantem in Chriſti obſequium, eius mentem, & intellectum. Coniungebatur tunc Sol Chriſtus non ſolum capiti, ſed & caudæ Draconis: Quando ſuper aliud caput, manus, pedes & membra quieſcere non poterat, niſi ſuper crucẽ, verè Draconem, immo Dracone immaniorem. Super caput crucis, caput ſpinis coronatum, ſuper tranſuerſum, & p[illegible]lem, manus, & pedes clauis confoſſos. O flebile ſpectaculum. Erat quidem Crux Chriſti, caput, & cauda Draconis, quæ ab Aſtronomis interſectiones eclipticæ vocitatæ ſunt: Cũ omnia piiſſimi Ieſu membra interſecare, diuidereq; pro omnium ſalute, non dubitauerit. O factum admirabile, ô rem planctu dignam.

Caput, & cauda Draconis crucẽ Chriſti ſignificãt.

Verum aliam Neomeniarum myſticam ſignificationem percurramus. Luna hominis animam denotabit, quæ perfecta (ſicuti Luna) creata, omnibusq; gratiis, & priuilegiis in illo fæliciſſimo ſtatu prædita, à ſua prima conditione defecit: dum à gratia ad peccatum, à Deo ad Diabolum fatuè, inconſideratèque diſceſſit: magis, quæ carnis erat, ſapiens, quàm ſpiritus; veluti Luna lumine plena, à ſua dehiſcit pulchritudine, dum eo

Luna quid ſignificat?

dere-

derelicto, tenebras petere videtur. Sed poſt recuperatam gratiam per Ieſu Chriſti mortem, poſt acceptum baptiſmi donum, plenariamq́; peccatorum ſuorum omnium remiſſionem, denuo cecidit, iterum ſceleſtiſſime mutatur. Quemadmodum Luna poſt recuperatum à Sole lumen, rurſus varium eius motum, tenebris inuolui cernitur. Quocirca benè ſapiens iuſtum Soli, peccatorem Lunæ aſſimilauit, dum dixit. Homo ſenſatus (ideſt iuſtus) in ſapientia manet ſicut Sol: nam ſtultus (hoc eſt peccator) ſicut Luna mutatur, eccleſiaſtici 27. Tu igitur qui delictorū ſarcina grauiter comprimeris, qui carnis illecebris oneraris, qui tenebroius totus ob tot perpetrata ſcelera inueniris: accede ad Solem iuſtitiæ Chriſtum, vt illumineris, vt tua deleantur peccata, vt illorum ſarcina exonereris. Nam quemadmodum Luna lumine priuata, vt à Sole lumen recipiat, ad Solem accedere conuenit: ita tu qui peccatorum tenebris totus inuolutus perſpiceris, ad Solem iuſtitiæ Chriſtum accedere oportet, vt illuſtreris. Longe enim à Deo ita reperiris, vt cum omnia ſeptem peccata mortalia præcucurreris, ſicuti Luna, cum Soli opponitur, ſeptem zodiaci ſigna perluſtrat, ita à Deo auerſus es: quinimmò ſic per mortalia peccata ipſi te oppoſuiſti, vt omni lumine gratię deſtitutū te oſtenderis. Accede igitur ad Solē fide, ſpe, charitate: accede lamentis, fletibus, ploratu, & vlulatu. Confitere reatū tuum, peccata tua, quibus altiſſimum offendiſti, Solem obſcuraſti, Diabolum lætificaſti, carnem fouiſti, mundum amplexus es. Clama, Pater peccaui in cœlum, & coram te, iam non ſum dignus vocari filius tuus. Peccaui ſuper numerum arenæ maris, & multiplicata ſunt ſuper me peccata mea: iam non ſum dignus videre altitudmem cœli præ multitudine iniquitatis meæ, quoniam irritaui iram tuam, & malum coram te feci. Sic illuminaberis, ita expurgabis vetus fermentum à corde tuo, & eris noua conſperſio, ſic nouum indues hominem, & veteri expoliaberis: ita fugabit Sol nebulones omnes. Accede ad crucem, quam pro te ſubire non dedignatus filius Dei, tot immania pertulit tormenta: vt qui antea ſpecioſus præ filiis hominū videbatur, iam pro te non erat ei amplius aſpectus; & dic: miſerere mei Deus ſecundum magnam miſericordiam tuā. Quoniam iniquitatem meam ego cognoſco, & peccatum meū contra me eſt ſemper. Accede, nam & illuminaberis, accedite ad eū, & illuminamini (inquit Regius Propheta Pſalmo 33.) & facies veſtræ non confundentur. Et accedendo dic, faciem tuam illumina ſuper ſeruum tuū, & doce me

Iuſtus Soli, peccator Lunæ aſſimilat.

Qualiter ad Solem Chriſtum accedendum eſt.

Ad crucem accedendum eſt, & veniam peccatorū petere.

Omnibus Iudeorum feſtis noſtra ſucceſſerunt.

eorum feſtis noſtra ſucceſſerunt, admirabili quadam conuenientia. Phaſe feſto, feſtũ Paſchæ reſurrectionis Ieſu Chriſti Domini noſtri ſucceſſit. De quo Dauid Pſalmo 117. ſic cecinit: Hæc dies quam fecit Dominus, exultemus, & lætemur in ea. Feſto Pentecoſtes, in quo lex data fuit in monte Syna, feſtum ſucceſſit miſſionis Spiritus Sãcti ſuper Apoſtolos. De quo Dauid Pſalmo 103. dixit. Emitte ſpiritum tuum,& creabuntur, & renouabis faciem terræ. Et actuum 2. legitur. Factus eſt repentè de cælo ſonus, tanquam aduenientis ſpiritus vehementis, & repleuit totam domum, vbi erant Apoſtoli ſedentes. Et Eccleſia canit.

Patrata ſunt hæc myſticè
Paſchæ peracto tempore,
Sacro dierum numero,
Quo lege fit remiſſio.

Dauid Rex.

Feſto tubarum, feſtum ſucceſſit Apoſtolorũ: de quibus Dauid Pſalmo 18. ita loquutus eſt. In omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Feſto expiationis feſta martyrum,& cõfeſſorum: de quibus ſapientiæ 3. ſcribitur. Tanquam aurum in fornace probauit electos Dominus, & quaſi holocauſti hoſtiam accepit illos, & in tempore erit reſpectus illorum, fulgebunt iuſti, & tanquam ſcintillæ in arundineto diſcurrent. Feſto tabernaculorum, feſtum dedicationis

Paralipomenon.

Eccleſiæ, de quo Dominus 2. Paralipomenon cap. 7. ita ait. Oculi mei quoque erunt aperti, & aures meæ erectæ ad orationem eius, qui in loco iſto orauerit. Feſto cætus & collectæ, feſtum Angelorum, & Sanctorum omnium, de quibus Danielis 7. ſcribitur. Millia millium miniſtrabant ei, & decies centena millia aſſiſtebant ei. Et Apocalipſis 7. Vidi turbam magnam quam dinumerare nemo poterat, ex omnibus gentibus, & tribubus, & populis, & linguis, ſtantes ante thronum. Feſto denique Neomeniæ, feſtum Beatiſſimæ Virginis Matris Dei, de qua canticorum 6. ſcribitur. Pulchra vt Luna, electa vt Sol. Immo pulchrior quàm Luna: quia iã ſine defectu ſui corruſcat cæleſtibus illuſtrata fulgoribus. Vnde & Cantic. 4. Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te. Celebra igitur ò peccator Neomeniæ feſtum, ideſt feſta ipſius tota deuotione obſerua: Beatam Virginem in protectricem ſuſcipe, eã deuotam habe. Si conturbationibus animæ, & corporis vndiq, concuteris, eam inuoca, ad illam accede, eam honora: Nam & tibi ſuccurret, propitia abſq; dubio erit, nunquam in ſe ſperantes dereliquit. Igitur ſi nouus totus effici volueris, ad Solem filium accede: quia per charitatem, te frigidum calefaciet, oſtendens vulnera Patri. Ad Lunam matrem appropinqua, quia noctem, cui Luna præeſt: ideſt te peccatorẽ, per pietatem humectabit atq; rigabit, oſtendens vbera filio. Quis enim eam inuocans, derelictus eſt? Quis in neceſſitatibus deſtitutus? Miſera quidem humana conditio, ſi talem, ac tantam non haberet virginem.

Daniel.
Apocalypſis.

Beata Virgo pulchrior eſt quàm Luna.

Ad Solẽ chriſtũ,& ad Lunam Matrem accedendum eſt.

Cele-

Celebra Neomeniæ feſtum non diabolico more. Hoc eſt noli Diabolo te coniungere, auxilium eius expectans,lumen eius deſiderans. Nam & ſe transfigurat in angelum lucis, ſed diu perſeuerare non poteſt. Coniungitur quidem Diabolo, qui illicitas cuſtodit obſeruationes,qui carnis illecebris deſeruit: qui rapinas amat, qui diſcordias diſſeminat,qui fratri detrahit: qui furatur, qui interficit, qui pupillum, & viduam opprimit, qui honores ambit, qui ſuperbit,qui inuidet, qui blaſfemat,qui deniq; Deum, & proximum non diligit, ſed magis mundum, & quæ in mundo ſunt, quam cœlũ, & quæ in eo exiſtunt, affectat. Celebrant quoque Diaboli Neomeniam, qui ventrem tanquã Deum colunt, qui commeſſationibus & ebrietatibus in nouiluniis vacant, putãtes qui hæc faciunt, quod ſi menſis alicuius Neomeniam cum voluptate,& lætitia degunt, reliquum ſe annum ſic tranſacturos. Sic obſeruarunt Græci Neomeniam, quos D. Ioannes Chryſoſtomus vehementer increpat in oratione ſua contra obſeruantes nouilunia, Ioanne Checo Cantabrigienſi interprete. Sed bene docet; quomodo fortunatus illi annus erit. Fortunatus (inquit) tibi in vniuerſum annus erit, non ſi in nouilunio ebrius fueris: ſed ſi in nouilunio, & ſingulo quoq; die, quæ Deo probata ſunt; feceris. Dies enim bonus, & malus eſt, non ſua quadam & propria natura: Nam nihil dies à die differt; ſed noſtra diligentia, vel ignauia. Si iuſtitiam feceris, bonus tibi erit dies, ſin peccatum tibi deſignaueris, malus, & ſupplicij plenus. Si iſta meditatus, ſi ita animo affectus fueris, & preces, eleemoſinasq; quotidie adhibueris; fortunatum habebis totum annum. Si autem virtutẽ neglexeris,initiis menſiũ,ac ſtatis diebus animi tui oblectationem concredideris, omnium inanis eris bonorum. Et quod de tali obſeruatione in Neomeniis dicitur: de quacunq; illicita obſeruatione dici poteſt. Fœlix vtiq; ſemper eris, ſi quotidie tuã conuerſationem in bonis moribus innouabis, ſi ſeruaueris humilitatẽ: ſi caſtitatem cuſtodieris, ſi virtutes,bonaq; opera ſectatus fueris, ſi præ cæteris timorem Dei habebis. Tunc Neomeniam rectè coles, tunc cõiungeris Deo non Diabolo. Eſt & alia Neomeniarum myſtica ſignificatio. Per feſtum Neomeniæ, quæ eſt nouæ incẽſio lunæ, primitiuæ Eccleſiæ illuminatio ſignificatur; quam illuminauit certè Chriſtus Sol ſplendidiſſimus in ea prædicans,& miracula faciens. Vis igitur celebrare rectè Neomeniam. Eſto obediens ſanctæ matri Eccleſiæ,eiusq; capiti Romano Pontifici. Caue ne de hiſcas, vt Hæretici, qui nouitates diligunt; nouos ritus, & mores amãt, qui noua ſtatuta introducere conantur ...

Quis Diabolo coniungi tur?

D. Ioannes Chriſoſtom.

Quomodo fortunat. vbi erit ann.?

Alia Neomeniarum myſtica ſignificatio.

Quomodo rectè celebrabis Neome.

guine ſuo fundauit, quam Sacramentis è latere fluxis, decorauit; quam crucis vexillo contra poteſtates tartareas fortiter muniuit, ſuper quã, Petrum Apoſtolorum Principem, & ſucceſſores fæliciter ſedere fecit, & faciet. Vnde vſquequo mundus permanebit: nec præualet, ſicuti & nunquam aduerſus eam præualuit, nec in æternum præualebit Diabolica poteſtas. Obſerua ſcripturas eius, traditiones eius, ſanctiones eius: decreta Pontificum, ſtatuta conciliorum, præcepta prælatorum. Odi eccleſiam malignantium, hoc eſt Hæreticorum conciliabula, Iudæorumq́; Sinagogam. Vis ſcire Eccleſiam Chriſti eſſe veram Eccleſiam? conſidera ab eius fundatione perpetuam in Chriſto vnitatem: æternam in eo libertatem. Vis ſcire Sinagogæ Iudæorum peruerſitatem? attende perpetuam eius captiuitatem, ac in cunctis terræ populis miſeram ſeruitutem, nec vnquàm (vt antea) in aliquo adiutam. Vis ſcire Hæreticorum conciliabula, perpende varia eorum dogmata: aſſiduasq́; diſſenſiones, etiam in vna domo. Nam Pater erit Lutheranus, mater Caluiniſta, frater Vuicleuiſta, ſoror Arriana, filius Huſſita, ita vt quot in domo, tot opiniones. Diuiſus eſt Chriſtus? Abſit. Hæc ſi cuſtodieris, ſi fugies, benè Neomeniam celebrabis: totaq́; peccatorũ lepra quibus ſcatebas, mundaberis. Cæterum cum Neomenias obſerues: vellem, vt holocauſtum offeras. Quid offerebant Iudæi Deo, in Neomeniarum ſacrificio pro holocauſto? offerebant quidem vitulos duos de armẽto, arietem vnum, agnos anniculos ſeptem immaculatos, tres decimas ſimile oleo conſperſæ in ſacrificio per ſingulos vitulos, duasq́; decimas ſimilæ oleo conſperſæ per ſingulos arietes: & decimam decimæ, ſimilæ oleo conſperſæ per ſingulos agnos. Vinum quoque, & mediam partem. Hin per ſingulos vitulos, tertiam partem per Arietem, quartam per agnos: Hircum quoque pro peccatis populorum expiandis. Offer igitur vitulos. Vituli iugo ſubiiciuntur: ſubiſce te iugo Chriſti per obedientiam; iugum enim meum (inquit) ſuaue eſt, & onus meum leue. Et bene ante omnia vitulos ſcriptura commemorat, quia ante omnia obedientiam vult Deus. Hoc erit bonum holocauſtum, præſtat enim ſacrificio obedientia. Multo enim melior eſt obedientia, quàm ſtultorum victimæ, ſcribitur Eccleſiaſt. 4. Quinimò D. Gregorius lib. 35. moralium abſolute inquit, meliorem eſſe obedientiam victimis, cum per victimas aliena caro mactetur, per obedientiam propria voluntas Deo: ac propterea obedientia ſola virtus eſt, quæ menti cæteras inſerit: inſertasq́; cuſtodit. Facit quippe obedientia (iuxta D. Bernardũ ſuper cantic.) amabilem ſociis, omnibus officioſum: nulli oneroſum, deuotum ad Deum: benignum ad proximum, ſobrium ad mundum, Domini ſeruum: proximi ſocium, mundi Dominum. Superiora non habet ad triſtitiam. Sed ad gaudium, æqualia non ad contemptum, ſed ad conſortium: inferiora non ad dominium, ſed ad ſeruitium. Vel in duobus vitulis iocundi-

tas

Quæ ſit Eccleſia malignantium.

Chriſti Eccleſia eſt vera Eccleſia.

Holocauſtũ Iudæorũ in Neomeniis.

Vitulorũ ſignificatio. Matth. 11.

Obedientia melior victimis.

Obedientiæ effectus iuxta D. Bernardũ

In duob' vitul: quid ſignificatur.

tas boni operis in anima, vel in corpore ſignari poteſt (vt docet gloſſa ordinaria) quæ ſecundum duorum teſtamẽtorum ſeriem in duobus charitatis præceptis Domino offertur. Bonum igitur fac, quod ad Dei laudem, & proximorum ſalutem ſit ordinatum, & habebis laudem ex eo: ſed libenter, non coactè, nec cum triſtitia. Hilarem enim datorem diligit Deus. Aries Caprarum, & ouium Rex exiſtit. In Ariete igitur, diſciplinæ regimen habeas, non leue, & mobile, ſed forte, ac ſtabile. Idq́; ſecundum fidei Catholicæ vnitatem. Nam vnus offerebatur Aries. Eſto etiam Rex tuarum cogitationum, ſubiice malas rationi: ſubiice bonas Chriſto. Bonum erit Hoc holocauſtum per Arietẽ. Offer quoq; agnos. Agnus innocentiam, & ſimplicitatem denotat. Optimum holocauſtum erit, ſi agnum hoc eſt innocentiam, ſimplicitatem, morumq́; manſuetudinem Deo obtuleris: Non ſemel, aut bis, ſed ſepties, nam ſeptem agni immaculati offerri debebant. Ideſt per ſingulas tuas ætates cuſtodi te immaculatum, ſimplicem, humilemq́ue. In infantia, in pueritia, in adoleſcentia, in iuuentute, in virilitate, in ſenectute, atq; in decrepitate. Si te lactauerint peccatores (ſcribitur prouerbiorũ primo) ne aquieſcas eis. Sicq́; bonus puer, bonus iuuenis, bonus adoleſcens, melior vir, optimusq́; ſenex euades. Adoleſcens (legitur in prouerbiorum cap. 22.) iuxta viam ſuam gradiens, etiam cum ſenuerit, nõ recedet ab ea: & benè etiam ſeptem agnos, quia per gratiam ſeptiformis ſpiritus. Offerebant deinde per ſingulos vitulos tres decimas ſimile oleo cõſperſæ. Hoc offeres tu ſi ſciẽtiam ſpiritalẽ, in ſanctæ Trinitatis fide oleo lętitiæ illuminatus, exhibebis cum bono opere. Deinde duas decimas, ſi legis decalogum in duobus charitatis præceptis ad tuam & proximorum vtilitatem conuertere ſtudebis, & decimam decimæ, ſi morum ſimplicitate iuxta ſcripturarum regulam, gratiá Spiritus Sancti cooperante, te inſtitueris, ornaueriſque. Verùm offerendo decimas, ſimilam oleo conſperſam, per ſingulas conſperges. Simila bonam intentionem, mundamq́; cogitationem ſignificat, oleum vero miſericordiam. Bonum erit tuum ſacrificium ſi in omnibus, quæ feceris, bonam intentionem, mundamq́; conſcientiam habebis: non ad oſtentationem, & hominum gratiam aucupandam, ſed ad Dei gloriam, & laudem. Vnde bene omnia. Hæc in holocauſtum, non niſi Domino iubebantur offerri, quia hæc omnia agere debemus, non vt humanam quæramus laudem, non vt præſentem expectemus retributionem; ſed omnia bonorũ datori Deo, per

Arietis ſignificatum.

Agnus quid ſignificat.

Innocentia vitæ per ſingulas hominis ætates cuſtodiẽda eſt.

Quid ꝑ oblatione trium decimarum.

Quid ꝑ duas decimas, & decimam decimæ.

Simila cõſperſa oleo, quid denotat.

ipſum tamen corrodit: euertitq; tandem, cætera verò peccata ſunt hoſtes publici, & manifeſti: ac ideo dum ingrediuntur, ſe manifeſtant, hæc verò tacitè occultèq; ingreditur. Caue igitur à vanagloria tanquàm à læthifero, quia omnia bona opera deſtruit: omniaq; vitia paulatim intromittit; inobedientiam præcipuè, iactantiam, Hypocriſim, contentionem, diſcordiam præſumptionem nouitatum, & pertinaciam, quia ſunt eius filiæ. Non efficiamur inanis gloriæ cupidi (inquiebat D. Paulus ad Galathas cap.6.) inuicem prouocantes: inuicem inuidentes. Et rectè, quia iuxta D. Auguſtinum ſuper Pſal.149. inanis huius ſeculi gloria, fallax eſt ſuauitas, & infructuoſus labor: perpetuus timor, & periculoſa ſublimitas: initium ſine prouidentia, & finis cum pænitentia. Bonum quoque erit tuum ſacrificium, ſi miſericordiæ oleo illud aſperſeris: Nam peccata eleemoſynis redimuntur, Si miſeriæ proximi tui compaſſus eris. quid enim eſt miſericordia, niſi ægritudo animi in alienarum ſpeciem miſeria? vt inquit Seneca in libro de clementia? miſerum certe cor aliena miſeria facit. Si igitur vides miſeros, cur miſerum nō habes cor? optimum quidem ſacrificium eſt miſericordia, ita grata Chriſto: vt pro paruula miſericordia tantum regnum ſpondet, tot bona retribuit: tot virtutes impartitur. Præſidium ſalutis eſt miſericordia (inquiebat D. Io. Chriſoſtomus ſuper Matth.) fidei ornamentum: propitiatio peccatorum; quæ iuſtos probat, ſanctos roborat: Dei cultores oſtendit. Eſt enim eleemoſina amica Dei, & ſemper ei propinqua, pro quibuſcumque voluerit facile munus gratiæ impetrat: vincula peccatorum diſſoluit, fugat tenebras: & (vt diximus) huic cum multa fiducia portæ cæli aperiuntur. Nam ſi baptiſmus regnum cælorū nobis tribuit, eleemoſina baptiſmus quidam eſt: quia ſi aqua ignem extinguit; eleemoſina extinguit peccatum. Ideo D. Auguſtinus in Enchiridion, dicebat: in horreis noſtris nos habere fiduciam, quas flammas noſtras vnus panis extingueret, & ante fores gehennæ ſtet miſericordia, & non permittet aliquem in carcerem mitti. Quid, quod ad temporalia ſe extendit? vt quod datur, multiplicato fructu recipiatur; ita vt non ſit donum, ſed mutuū. Quid, quod à mala morte liberat? dicebat certe D. Hieronymus. Non memini me legiſſe mala morte mortuū, qui libenter opera charitatis exercuit: habet enim multos interceſſores; & impoſſibile eſt multorum preces non exaudiri. Aſperge igitur miſericordiæ oleo ſacrificium tuum, vbi diuitiis in hoc, & in futuro ſeculo afflueris: vbi à mala morte liberaberis: vbi præſtantiſſimum medicamentum habes animæ tuæ; dum peccatorum infirmitate ægrotat. Erit quidam in infirmitate conſtitutus, qui ad ſanitatem recuperandam, multarum certe herbarum medicamento indigebit, ſed inter has vna erit potentiſſima; ita & in infirmitate peccatorum, erit pænitentię medicamentum neceſſarium multis herbis bonorum operum cōpoſitum: cui mixta eleemoſinæ

Inanis gloriæ mala.

D. Auguſtinus.

Quid oleum.

Miſericordiæ definitio.

miſericordię bona.

Miſericordiæ laudes.

miſericordię effectus.

Eleemoſina eſt quidā baptiſmus.

D. auguſtin.

Eleemoſina dat temporalia.

Eleemoſina à mala morte liberat.

Exemplum.

Inter quęcūque opera bona, eleemoſina eſt dominantiſſima.

næ herba, dominatiſſima erit; ipſa namq; vniuerſa efficiet. Quare aſpergebatur primum oleo ſacrificium; deinde offerebatur hyrcus, qui pœnitentiam ſignificat, vt diſcas, quòd oleo miſericordiæ aſpergas pænitentiam, & miſerendo pænitentiam agas. Qui enim pauperi miſeretur, & animæ ſuæ minimè, vitam ab iniquitatibus haud cuſtodiens; rem ſuã Deo tribuit: animam verò ſuam iniquitati. Itaq; minus Deo obtulit: maius iniquitati. Neceſſum igitur eſt, vt miſereris & proximo tuo, & animæ tuæ: illi miſericordia, tibi pænitentia. Hanc ob cauſam. Offerebatur inſuper Hircus: quia Hircus pœnitentiam ſignificat; Nam & eius pili pungunt, & pænitentia pungit carnem & ſenſus. Nam pænitentia non tempore penſatur, ſed profunditate luctus & lachrymarum, & pæna, qua cruciatur anima, & caro mortificatur. Offer igitur Hircũ, hoc eſt pænitentia pro peccatis tuis age. Sic enim ſcriptum eſt. Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cælorum & Sapientiæ 11. Miſereris omnium, quia omnia potes, & diſſimulas peccata hominum propter pænitentiam. Nullum certè remedium ſalutarius, nullumque magis ſaluti animæ neceſſarium (ſuppoſito læthali crimine) pænitentia. Eſt enim (vt inquit Iſidorus lib.3. de ſummo bono) medicamentum vulneris, ſpes ſalutis: per quam peccatores ſaluantur, & Deus ad miſericordiam prouocatur. Ideo pænitentiam doctores aſſimilant ſecundæ tabulæ poſt naufragium, ex Tertulliani placito in lib. de pænitentia; & Hieronymi in epiſtola ad Demetriadem, & ad Sabinianum: & vocant pænitentiam ſecũdam tabulam poſt naufragium metaphoricè; vt enim naui effracta, ſpes tranatandi mare, & periculum euadendi, eſt tabula aliqua nauis: cui naufragus inſidens, enatare conatur (& vocatur ſecunda reſpectu ſaluæ nauis) ita ammiſſa, ob mortale peccatum, baptiſmi gratia, per pænitentiæ tabulã liberamur. Quare, docebat Chriſoſtomus in ſermone de pænitentia; ipſam ſcilicet peccata remittere: paradiſum reſerare, cõtritum ſanare, triſtem exhilarare: renouare vitam, ſtatum reſtaurare: innouare honores, reformare fiduciam, vires quoque, & gratiam abundantiorem refundere. Clamabat quippe dicens. O pænitentia quid de te non referam? omnia ligata tu ſoluis, omnia aduerſa tu mitigas: omnia contrita tu ſanas: omnia confuſa tu lucidas; omnia deſperata tu animas. O pænitentia rutilãtior auro, ſplendidior argento: quam non vincit peccatum, nec defectio ſuperat: nec deſperatio delet. Cæterum, vt pænitentia ſit fructuoſa, tria reſpicere

Quid ſignificat Hircus.

Matt. 3. & 4.

Pænitentia neceſſaria ad ſalutem.

Pænitentia ſecunda tabula poſt naufragium.

Pænitentiæ effectus iuxta D. Chriſoſtomum.

Pænitentiæ laudes, & encomia.

num, hoc eſt bonam lætitiam (nam ſcriptum eſt). Et vinum lætificet cor hominis, ſpiritualem ſpem, & conſolationem; in hac valle miſeriæ ſpem futuræ gloriæ habebis, ac poſt huius temporis curſum, æternam regni cælorum cõſolationem, vbi eſt gaudium ſine mærore, abundantia ſine penuria, ſaturitas ſine fame, conſolatio ſine triſtitia: riſus ſine dolore, pax ſine bello, quies abſque conturbatione: ſanitas abſq; infirmitate, vita ſine morte. Quam Deus pro ſua infinita miſericordia nobis peccatoribus concedere dignetur.
Amen.

FINIS PRIMI LIBRI.